



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

Liber XXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

## LIBER XXXIX.

S. MARTINUS PAPA.  
CONSTANS IMPERATOR. RODUALDUS  
REX LONGOBARDORUM.

§. I.

*S. Martinus Papa persecutionem  
patitur.*

Sanctus Martinus Papa brevi postea **Sæculum VII**  
gravem sibi Imperatorem Constan- **A. C. 653.**  
tem sensit. Priusquam Constanti-  
nopoli, quid in Concilio Lateranensi a-  
ctum, rescirent, Imperator Olympium,  
Cubiculariorum Præfectum, in Italiam  
cum Exarchi potestate misit, additis man-  
datis, ut omnes Episcopos, & Fundorum  
Domi-



Sæculum VII Dominos, Typo subscribere compelleret,  
 A.C. 653. in quibus dicit: *Si ab exercitu Italico  
 impetrare potes, ut imperata faciat, jube  
 Martinum comprehendere, qui hic Constan-*  
*tinopoli Legatus antea versatus est. Si*  
*obstant milites, acquiesce, donec Provin-*  
*ciam in potestate tua habeas. Tum copiis*  
*Romanis & Ravennatensibus mitigatis,*  
*quod jubemus, exequere.*

Anast. in  
 Mart.

Olympius Romam perveniens, Patri-  
 bus in Concilio Lateranensi congregatis,  
 opera militum, quos adduxerat, Schisma  
 in Ecclesia excitare conatus est. Cum  
 vero id efficere irrito labore tentasset,  
 quia vis non proderat, ad fraudes con-  
 versus est. Papam in Ecclesia S. Mariæ  
 Majoris Communionem sibi porrigentem  
 ab armigero suo percuti mandavit, quod  
 eo faciliore negotio fieri potuisset, quia  
 Papa in Ecclesiam descendebat, singulis  
 in sua statione Communionem propina-  
 turus, ut supra meminimus. Sed armi-  
 ger postmodum jurato affirmavit, cœci-  
 tate derepente illapsa se Papam, Exar-  
 cho Communionem præbentem, non  
 vidisse. Exarchus Papam sub Dei Tu-  
 tela esse videns, exhibitis mandatis, quæ  
 acceperat, in gratiam cum eo rediit, &  
 cum exercitu, in Siciliam navigavit, con-  
 tra Saracenos, qui Insulam occupave-  
 rant, pugnaturus; infauftis avibus, quip-  
 pe copiæ Romanæ dissipatæ sunt, & post  
 non

Sup. Lib.  
 XXXVI.  
 §. 19.



non adeo longum temporis spatium Ex-Sæculum VII  
archus ex morbo occubuit. A. C. 653.

Misit Imperator Successorem Theodorum, cognomento Calliopam, & alterum e numero Cubiculariorum, itidem Theodorum nomine, & cognomento Pellurum, deditque in mandatis, ut Papam Græcorum raperent, quem Hæresis arguebat, quia damnasset Typum. Præterea S. Martinus in*fidia*.

incusabatur, quod Sanctam Virginem non honoraret tanquam Matrem Dei, id ex calumnia præcedente sequebatur, nam Monothelitæ sicut & Eutychiani Catholicis Hæresin Nestorianam objiciebant. Item Papa læsæ Reipublicæ reus dicebatur, quod litteras & pecunias Saracenis misisset. Papa ab amicis monitus, insidias sibi parari, cum Clericis suis in Ecclesiam Lateranensem se receperat, quando Calliopa Exarchus, Theodorus Cubicularius cum exercitu Ravennatensi Romam pervenerunt, die Sabbati decimo quinto Junii anno 653. S. Pontifex, qui morbo non levi jam a mense Octobri premebatur, misit quosdam ex Clericis suis, Exarchum excepturos. Ille venientes in Palatio in conspectum admisit ratus, Papam cum ipsis adesse. Sed videns, quod non venisset Papa, dixit clericorum præcipuis: *Volebamus eum adorare; cras vero, cum sit Dies Dominica, veniemus, & salutabimus;*

*Mart. ep. 14. to. 6. Conc. p. 63.*

*Ep. 15.*

*Hist. Eccles. Tom. IX. M mus;*



Sæculum VII *mus; hodie enim non potuimus.* Hic vi-  
 A. C. 653. demus voces: *adorare & salutare*, nul-  
 lo discrimine adhiberi, & alias jam diu  
 Imperator adorari dicebatur. (\*)

*L. un. Cod.  
 Theod. de  
 præpos.  
 Sacr. cubi.  
 Et ibi Go-  
 thof.*

Altera die, quæ erat Dominica, deci-  
 ma sexta Junii, Missa in eadem Ecclesia  
 Lateranensi celebrata est, cumque Ex-  
 archus populi multitudinem timeret,  
 misit, qui nunciarent Pontifici suis ver-  
 bis: *Ex itinere fatigatus hodie ad te ire  
 non possum, sed crastina certissime veniam,  
 Et tuam Sanctitatem adorabo.* Die Lu-  
 næ mane misso Chartulario suo & qui-  
 busdam aliis, qui proficiscentem comita-  
 ti fuerant, renunciari iussit Papæ: *Ar-  
 ma in expedito habes, Et comportata sa-  
 xa, viri quoque armati intus sunt, quibus  
 te tuearis.* Voluit Papa, ut totam Do-  
 mum Episcopalem explorarent, & ipsi  
 testes essent, an arma vel saxa recondi-  
 ta essent. Et ubi redierunt, dixit: *Hac  
 ferme ratione semper nobiscum egistis;  
 nempe mendaciis Et calumniis impetimur.  
 Tunc quoque quando Olympius venit, non  
 nulli*

(\*) Hier erhellet, wie abgeschmackt die Be-  
 schuldigung einiger Protestanten sey, wenn sie die-  
 sen Ausdruck, dessen sich die Kirche bisweilen ge-  
 braucht, die Verehrung des heiligen Creuzes an-  
 zudeuten, durchaus für eine Abgötterey wollen  
 verstanden haben.



*nulli mentiebantur, satis virium ad eum* Sæculum VII  
A. C. 653.  
*vi repellendum mihi suppetere.*

## §. II.

*Papa Roma abstrahitur.*

Hoc responso accepto ad Exarchum reversi sunt. Ecce vero, media horæ parte necdum elapsa, Chartularius denuo adest cum militibus. Papa gravi affectus ægritudine in lectulo suo ad portam Ecclesiæ decumbebat; intrant milites scutis, gladiis, hastis armati, & intensos arcus tenentes. Confractis Ecclesiæ cereis pavementum sternunt, ingenti fragore, quem arma quassata geminabant. Tunc Calliopa Presbyteris & Diaconis Imperatoris mandatum exhibuit, quo Martinum Papam tanquam indignum & intrusum deponere, & postquam alium Episcopum in ejus Sedem ordinassent, Constantinopolim mittere jubebantur. Statim Papa ex Basilica Epist. 14. exiit, Clero clamante, Exarcho & Theodoro Cubiculario audientibus, *Anathema illi, quicumque dixerit, vel crediderit, Martinum Papam vel unicum in Fide apicem mutasse, & quicumque in Fide Catholica usque ad mortem non perseveraverit!* Calliopa, ut se coram adstantibus purgaret, dixit: *Non datur alia fides quam vestra, ipse ego aliam non teneo.*



Sæculum VII

A. C. 653.

*Ep. 15. p. 65.*

Papa abstrahitur.

Itaque Pontifex non reluctans se ipsum tradidit ad Imperatorem deducendum, nec aliquos ex Clericis sibi acclamantes, ne se dederet, audire voluit, dicens; malle se decies mori, quam causam dare vel unius hominis sanguinem fundendi. Id solum ab Exarcho petiit:

*Permitte, ut Clerici, quos elegero, mecum proficiscantur.* Calliopa respondit:

*Omnes eant, quotquot voluerint, nemini vim facimus.* Episcoporum aliqui exclamarunt: *Cum ipso vivemus, aut cum ipso moriemur.* Tum Calliopa ad Papam:

*Veni nobiscum ad Palatium.* Illo igitur ivit eodem die, altero autem, qui erat dies Martis decimus octavus Junii ad Papam convenerunt omnes Clerici, cum pluribus aliis, qui se ad navigandum expedierant, jamque sarcinas lembis intulerant. Sed nocte sequente hora circiter sexta, id est, media nocte, Papa e Palatio abstrahitur, omnes, qui eum comitaturi erant, includuntur, & res variae iter facienti necessariae auferuntur. Præter sex servulos juvenes & unum vas, unde biberet, nihil Pontifici relictum.

Ita Roma excedere compellitur, statimque clausæ Urbis portæ, ne saltem aliqui amicorum sequi possent. Papa lembo impositus secunda Tiberi Portum Romanum devehitur, quo hora diei quarta, feria quarta, decimo tertio Cal. Julii, id



id est, die Mercurii decimo nono Junii, Sæculum VII  
 hora decima matutina pervenit. Eodem A.C. 653.  
 die qui eum deducebant, inde profecti  
 Misenum primo Julii appulerunt. Unde  
 postea in Calabriam & in multas Insu-  
 las delati trium mensium spatium exege-  
 runt. Tandem in Insula Naxo expositi,  
 ibidem per annum commorati sunt. Hoc  
 toto itinere Summo Pontifici, quamvis  
 profluvio, quod eum quiescere nunquam  
 sinebat, & incredibili ciborum fastidio  
 laboraret, nullum levaminis genus con-  
 cessum, nisi quod in Naxo Insula bis ter-  
 ve balneo uti, & in quadam urbis domo  
 divertere licuerit. Extra hanc Insulam  
 nunquam e navi, quæ ei carceris loco  
 fuit, descendere datum est, etiamsi cu-  
 stodes ejus, quotiescunque occasio fave-  
 ret, ad littora demitterentur, ut fatiga-  
 ta pelagi erroribus corpora reficerent.  
 Interim Romæ jussu Imperatoris Euge-  
 nius Papa constituitur. Erat is patria  
 Romanus, Rufiniani filius, a puero Cle-  
 ricis adscriptus. Nono Sept. anno 655. *Anast. in Eugen.*  
 demum electus est, & annis ferme tri-  
 bus sedit. (\*) *v. Coint. an. 658. n. 9.*

## §. III.

*Ecclesie in Anglia.*

Eodem anno 653. obiit Honorius Archi-  
 M 3 epis-

(\*) Id factum ad evitanda majora mala;  
 præsertim ne Imperator Hæreticum intruderet.



Æculum VII  
A. C. 653.  
episcopus Cantuariensis ultimo die Sept.,  
cujus memoriam Ecclesia eodem die ce-  
lebrat. Hanc Sedem tenuerat annis  
novendecim, & postquam Cathedra E-  
piscopalis octodecim mensibus vacasset,  
*Beda III.*  
*hist. c. 20.* electus est Deusdedit, inter Episcopos  
Cantuariæ numero sextus. Tum ab I-  
thamaro Episcopo Rosensi 16. Martii an-  
no 655. ordinatus, illi Ecclesiæ annis no-  
vem, mensibus quatuor, & diebus duo-  
*Mart. Rom.*  
*30. Sept.* bus præfuit. Is ex Gente Saxonum Oc-  
cidentalium ortum trahebat, cum Archi-  
episcopi quinque Antecessores ejus ex-  
teri, &, ut pronum est conjicere, Itali  
fuisent.

† *Mediterra-*  
*nei.* Illo tempore *Middel-Angli*, † seu qui  
Provincias in medio Insulæ positas inco-  
lebant, conversi sunt ad Fidem sub Prin-  
cipe Penda, quem Parens ipsi cognomi-  
nis adhuc juvenem huic Nationi Præfe-  
ctum dederat. Penda ad Osuinum Re-  
gem delatus, cum filiæ ejus amore ca-  
ptus rogaret, ut se Generum acciperet,  
id ea conditione obtinuit, si cum tota  
Gente sua Christiana Sacra susciperet.  
In Fide deinde instructus, Resurrectionis  
& Immortalitatis spe concepta, edixit,  
Christianum se futurum, etiamsi sibi Re-  
gia Princeps non traderetur; cujus pro-  
positi Auctor ei cum primis fuit Alfridus,  
Regis Osuini filius, qui Penda sororem  
duxerat. Ergo Penda a Finano Episco-  
po



po Lindisfarnensi, S. Aidani Successore, <sup>Sæculum VI<sup>o</sup></sup>  
 cum omnibus Procëribus, militibus & A. C. 653.  
 familiaribus, qui eum secuti fuerant, Ba-  
 ptismum accepit. Ad Sacram Cæremo-  
 niam celebrandam locum elegerant Ar-  
 cem regiam prope vastissimi circuitus  
 murum olim a Romanis extructum. Tan-  
 dem lætissimus Penda, deducens secum  
 tres Presbyteros Anglos & unum Scotum,  
 id est, Hibernum, qui subditos suos Fi-  
 dem edocerent, & baptizarent, rever-  
 sus est.

Hiscæ quatuor Presbyteris cum Prin-  
 cipe advenientibus se adeo dociles præ-  
 buere Incolæ, ut quotidie multi tam de  
 prima Nobilitate, quam de plebe, abje-  
 cto Deorum cultu ad fontem Baptismi  
 convolarent, nec Penda Principis pater  
 Nationi suæ Merciorum Evangelium  
 prædicari prohibebat, sed magis eos, qui  
 Jesu Christi Fide suscepta, opera ab illa  
 præcepta non faciebant, contemnebat di-  
 cens; miseros esse homines, & Deo suo,  
 in quem crederent, rebelles.

Osuinus uni tantum parti Regionis  
 Nordhumbrorum imperans, S. Rege Os-  
 wino occiso, quam parricidio sustulit vi-  
 gesimo die Aug. anno 651. totam sibi  
 subjecit. S. Aidano Episcopo Lindisfar-  
 nensi inde duodecim post dies, ultimo e-  
 jusdem mensis, quo Ecclesia ejus memo-  
 riam colit, ad superos translato, successit

*Beda III.  
 hist. 14. &  
 Epith.*

*Sup. Lib.  
 XXXVIII.  
 §. 19. 27.*



Sæculum VII Finanus, qui in Insula Lindisfarnensi Ec-  
 A. C. 653. clesiam Cathedralem non ex lapidibus  
 sed ex ligno, Hibernorum modo, con-  
*Mart. Rom.* struxit, tectumque ex cannis imposuit.  
 31. *Aug.* Rex Osuinus, crimen expiaturus, Mona-  
*Beda III.* sterium deinde fundavit in illo loco, in  
*hist. c. 25.* quo Oswinum a Sicario percuti mandave-  
 Res Ecclesiæ rat, & hodie *Gilling* nominatur, prope  
 in Anglia. Rigodanum, præcepitque, ut Monachi  
 quotidie pro animabus duorum Regum,  
 interfecti & interfectoris orarent.

Ceterum Osuinus magno tamen ze-  
 lo Fidem propagavit; nam postquam ad  
 conversionem *Middel-Anglorum* pluri-  
 mum contulisset, elapsis duobus annis  
*Bed. III. c. 24* etiam Mercios ad Fidem perduxit. Im-  
 patientissime ferebat fastum Regis Pen-  
 dæ, qui fratre ejus interempto, Regio-  
 nem quoque depopulabatur, & consilium  
 cepisse videbatur totam Nationem exter-  
 minandi. Postquam igitur dona maxi-  
 ma ei obtulisset, ut pacem emeret, &  
 ille oblata respueret, juravit Deo, se u-  
 nius anni filiolum Deo consecraturum,  
 & agros duodecim ad ædificanda Mona-  
 steria daturum. His votis adstrictus &  
 paucis copiis cinctus movit in Pendam,  
 militum numero saltem tricesies superio-  
 rem. Nihilominus, rem prodigio simi-  
 lem! profligato Infidelium exercitu in-  
 signem reportavit victoriam, decimo no-  
 no Nov. anno Regni sui decimo tertio,

Jesu



Jesu Christi 655. cæsus est Penda, & Regnum Nordhumbriæ non solum ab atrocissimis hostibus liberatum, sed etiam ampla admodum Merciorum Provincia, quam Osuinus in suam potestatem redegit, auctum est. Ipse voti damnatus, quæ promiserat, bona fide adimplevit. Agros duodecim dedit, in quibus singulis coloni decem cum suis familiis, id est, universim Coloni centum & viginti laborabant. Filia Regis S. Hildæ Abbatis-  
 sæ curæ commissa, atque in dotem donavit Rex fundum decem colonorum in loco, qui *Strenesbal* dicebatur, ibique fundavit Monasterium & Ecclesiam S. Petri, suum, Reginaeque Uxoris, multorumque aliorum Principum sepulchrum futurum. Duo erant Monasteria juncta, virorum unum, & alterum fœminarum, atque ex primo multi Presbyteri & Episcopi Sanctitate clari prodierunt.

Rex Osuinus parta victoria ad conversionem Merciorum, sibi jam subditorum animum adjecit. Primus eorum Episcopus fuit Diuna, unus ex quatuor illis Presbyteris quos Princeps Penda eo deduxerat, a Finano Episcopo Lindisfarnensi Episcopus *Middelanglorum* & Merciorum ordinatus; ita nempe ob penuriam Episcoporum unus duobus populis dabatur.

c. 21.

M 5

Præ



Sæculum VII

A. C. 653.

6. 22.

Sup. Lib.

XXXVII.

S. 17.

Præterea idem Rex Osuinus plurimum contulit ad conversionem Saxonum Orientalium, Londini, illius Regionis Metropoli habitantium, qui olim ejecto S. Mellito Episcopo suo susceptæ Fidei renunciaverant. Nunc Regem habebant Sigebertum Osuini Regis amicum, ad quem cum sæpe in Nordhumbriam diverteret, ab eo ad damnandam Idololatriam impellebatur. Osuinus dicere solebat ad Hospitem: *Non possumus utique Deum facere ex lapide vel ligno, ex quo vasa cubicularia ad usum vitæ quotidianum facimus, & residua in ignem conjicimus; sed hominem rationis capacem credere decet, Deum esse incomprehensibilem, omnipotentem, æternum, qui omnes homines aliquando judicaturus sit, illisque qui ejus voluntati obedierint, præmia æterna largiturus.* His argumentis permotus Saxoniarum Orientalis Rex Sigebertus a Finano Episcopo in Domo Regis ad murum supra dictum baptizatur. Ad sua rediturus rogavit Osuinum Regem, ut sibi Doctores idoneos daret, qui Gentem suam converterent, & baptizarent. Osuinus delegatis in *Middelangliam* viris, Presbyterum, cui nomen Cedde, & alterum Presbyterum inde accersitos misit in Saxoniam Orientalem, Fidem prædicaturos. Cedde, postquam totam illam Regionem peragrasset,



agraffet, magna Ecclesia fundata, in pa- Sæculum VII  
 triam rediens ad Finanum Episcopum A. C. 653.  
 Lindisfarnensem se contulit, qui eum,  
 comperto, quod plurimi in Saxonia O-  
 rientali Fidem suscepissent, duobus aliis  
 Episcopis assistentibus, illius Regionis E-  
 piscopum ordinavit.

§. IV.

*S. Cedde Episcopus Saxonum Orien-  
 talium.*

Cedde jam Episcopus in Saxoniam O-  
 rientalem reversus, & majore quam  
 antea Auctoritate valens, diversis in lo-  
 cis Ecclesias fundavit, Presbyteros &  
 Diaconos in prædicando & baptizando  
 Adjuutores ordinavit. Imo Talaburgi ad  
 Tamisim multos congregavit, quos insti-  
 tuebat ad vitæ Monasticæ rigorem, quan-  
 tum novelli Christiani ferre poterant.  
 Cum quemdam Regi sanguinis propin-  
 quitate conjunctum, quod contraxisset  
 illicitas nuptias, vir Sanctus excommu-  
 nicasset, prohibuissetque, ne ullus homi-  
 num illius ædes intraret, aut cum illo  
 manducaret, nihilominus Rex Sigeber-  
 tus ab excommunicato invitatus ad men-  
 sam accessit. Ecce vero de convivio re-  
 deunti obvius fit Sanctus Episcopus. Rex  
 territus ex equo in terram defilit, ejus  
 pedibus advolvitur, veniam rogat. E-  
 piscopus,



Sæculum VII episcopus, qui & ipse equo vehebatur, de-  
A. C. 653. scendit, & zelo impellente, virga, quam  
 manu tenebat, Regem tangens, Auctorita-  
 te Episcopali dixit: *Quia tibi temperare  
 noluisti, quin in domum hujus perditu bo-  
 minis intrares, in ea morieris.* Vera  
 prædixisse Episcopum eventus docuit,  
 nam vir ille ejusque frater Regem, quem  
 sanguine attingebant, occiderunt, &  
 quærentibus, cur tetrum facinus perpe-  
 trassent, causam aliam edicere non po-  
 tuerunt, quam se ægerrime tulisse, quod  
 Rex ad ignoscendum inimicis suis facil-  
 limus fuisset. Nempe Rex piissimus ve-  
 niam petentibus, secundum Evangelii  
 præceptum, promptissime concedebat.

*Bed. III. hist.*  
*c. 23.*

Quamvis Cedde Episcopatum Saxo-  
 niæ Orientalis suscepisset, non nunquam  
 tamen Nordhumbriam patriam suam re-  
 visebat, ut Fideles ad constantiam ex-  
 hortaretur. Edilvardus Regis Osualdi  
 filius, qui in Provincia Deira appellata  
 imperabat, apud se habebat Episcopi fra-  
 trem, nomine Celinum, Presbyterum,  
 qui eum, & Familiam Regiam erudiebat,  
 atque Sacramenta præbebat. Unde  
 cum Episcopi sæpe ad fratrem invisentis  
 virtutes miraretur, ipsum sponte exci-  
 tavit, ut a se fundos peteret ad ædifican-  
 dum Monasterium, quo Rex veniens,  
 verbum Dei audiret, oraret, & ubi mor-  
 tui sepelirentur; eos enim precibus Mo-  
 nacho-



Monachorum plurimum adjuvari posse credebat. Episcopus, quodam loco inter remotos & asperos montes delecto, licentiam a Rege petiit toto Quadragesimæ appropinquantis tempore ibi in oratione perseverandi, quo spatio quotidie exceptis Dominicis usque ad vesperam jejunus sustinebat, tumque parvam panis partem, unum ovum, & lac aqua dilutum sumebat.

Inde dispicimus in illa Regione non fuisse prohibitum, lactaria, & etiam ova in Quadragesima comedere. Hoc apud Monachos, a quibus S. Episcopus educatus, in more positum erat, ut locum, ubi Monasterium vel Ecclesia ædificanda esset, precibus & jejuniis consecrarent. Cum decem dies usque ad Pascha superessent, Rex, revocato Episcopo, fratrem ejus Cymbellum Presbyterum rogavit, ut illius loci consecrationem absolveret. Erant enim quatuor fratres, Cedde, Cymbellus, Celinus & Ceadda, quorum primus & ultimus Episcopatu eminuerunt. Ita fundatum est Monasterium Lestintonense secundum Regulam Monasterii Lindisfarnensis, in quo Cedde Episcopus a puero fuerat. Monasterio Lestintonensi post se fratrem suum Ceaddam Abbatem dedit.

Sæculum VII  
A. C. 653.



Sæculum VII  
A. C. 654.

§. V.

*S. Martinus Constantinopoli.*

Interim S. Martinus in Insula Naxo verfabatur, quo Episcopi & Fideles sæpissime & largiter ad sublevandam ejus inopiam necessaria mittebant; sed ea illico custodes ipso præsentem diripiebant, convicia in Pontificem ingerentes. Imo illos quoque, qui opem ferebant, verbis insectabantur, & afficiebant verberibus, dicentes: *Quisquis hunc Virum amat, hostis est Reipublicæ.* S. Papam vero multo magis Benefactorum suorum injuria quam podagra ceteræque suæ infirmitates & ærumnæ affligebant. Naxo relicta, cum Abydum attigissent, Ductores Constantinopolim miserunt, qui nunciarent, advenisse Martinum, Hæreticum, Dei hostem, & perduellem, qui totum Imperium ad seditionem excitaret. Tandem S. Martinus Constantinopolim appulsus, decimo septimo die Sept. anno 654. in portu & in lectulo suo jacens relictus est a mane usque ad horam quartam vespertinam, omnium hominum oculis expositus, multis & infima plebe & etiam paganis petulanter accedentibus, & verba contumeliosa ingerentibus. Tandem sole ad occasum vergente adest Scriba nomine Sangolevus, aliquot satellitibus stipatus. Papa e scapha lecticæ im-

*Comment.  
Æc. to. 6.  
Conc. p. 66.*



impositus in carcerem, qui *Prandearia* di-  
 cebatur, mittitur, prohibente Sangole-  
 vo, ne ullus suorum, quis captivus esset,  
 in civitate vulgaret. Itaque Papa, ne-  
 mine prorsus ad alloquium admisso, in  
 hoc carcere diebus nonaginta tribus,  
 nempe tribus mensibus, id est, a decimo  
 septimo Sept. usque ad decimum quin-  
 tum Dec. hærere coactus est.

Sæculum VII  
 A. C. 654.

Verisimile est, S. Martinum ex isto  
 carcere duas illas Epistolas ad Theodo-  
 rum dedisse. In prima calumnias, qui-  
 bus impetebatur, diluit, tum testimonio,  
 quod Clerici Romani de Fide sua, præ-  
 sente Calliopa Exarcho, reddiderant,  
 tum propria confessione, velle se eam  
 usque ad mortem tueri. Inde subjun-  
 git: *Nunquam Saracenis misi pecunias,  
 vel litteras, vel illud, quod comminiscun-  
 tur, Scriptum, ut indicarem, quid ab ipsis  
 credendum. Pauca tantum dedi piis qui-  
 busdam Dei famulis, qui ad colligendas  
 elemosynas veniebant, nec sane ea Sara-  
 cenis destinabantur. Quod spectat ad  
 Gloriosam Virginem Mariam Matrem  
 Dei; falsum contra me dixerunt testi-  
 monium, quippe illi Anathema dico tam  
 in hac vita, quam in altera, quicumque  
 eam super omnes Creaturas, excepto Fi-  
 lio ejus Domino Nostro, non honorat.*

Epist. 14. to.  
 6. Conc. p. 63.  
 Sup. n. 2.

In altera Epistola modum refert, quo  
 ex Urbe Roma abstractus fuerit, atque  
 Callio-

Ep. 15.  
 Sup. n. 2.

ver-  
 s. sæ-  
 ejus  
 ed ea  
 bant,  
 Imo  
 verbis  
 ibus,  
 mat,  
 mul-  
 jura  
 mita-  
 reli-  
 tores  
 ncia-  
 cum,  
 omum  
 Tan-  
 a ap-  
 anne  
 cens  
 quar-  
 m o-  
 be &  
 bus,  
 ibus.  
 adest  
 atel-  
 ticæ  
 mpo-



Sæculum VII Calliopam Exarchum exhibuisse Manda-  
A. C. 654. tum Imperatoris, quo præcipiebat, ut

alius pro se Papa eligeretur. Qua de  
 re dicit: *Istud buc usque nunquam factum*  
*est, nec unquam futurum spero, (\*) sed*  
*Sup. Lib. XXXVIII. absente Episcopo Archidiaconus, Archi-*  
*§. 20. presbyter, & Primicerius ejus locum te-*

p. 65.

*nent.* Enarratis omnibus, quæ in itine-  
 re tulerat, sub finem addit: *Quadra-*  
*ginta septem dies effluxerunt, ex quo li-*  
*centiam lavandi nec aqua calida nec fri-*  
*gida obtinere potui. Corpus mihi est de-*  
*fatigatum, & frigore adstrictum. Nam*  
*profluvium usque in hanc diem nec terra*  
*nec mari quiescere me permisit, omnes ar-*  
*tus languent, & cum subit cupido alimen-*  
*ti, deest tale, quod stomachum fovere, &*  
*firmare posset, illud vero, quod mihi præ-*  
*betur, nauseam creat. Spero in Deo, qui*  
*omnia videt, & credo, Optimum Numen,*  
*postquam me ex hac misera vita evocave-*  
*rit, peccata eorum requisiturum, qui me*  
*persequuntur, ut ad Pœnitentiam addu-*  
*cat.*

§. VI.

*S. Martinus interrogatur.*

Die Veneris, 15. Dec. anno 654. S. Mar-  
 tinus

(\*) In his verbis magna vis inest ad deci-  
 dendam Quæstionem; an Eugenius ante S. Mar-  
 tini obitum Legitimus Pontifex fuerit. Sed,  
 interdum Necessitas non habet Legem.



tinus Papa e carcere suo eductus in Do- Sæculum VII  
 mo Bucoleonis Sacellarii id est ærario A C. 654.  
 præfecti sistitur, quo ut totus Senatus con-  
 veniret, pridie mandatum fuerat. Cum Commem.  
 S. Martinus in sella perferretur, nam na- p. 68.  
 vigatio & carcer corporis infirmitatem  
 auxerant, Præfectus eum adhuc multis  
 vestigiis remotum surgere iussit, & stan-  
 tem ibi permanere. Tum ministris di-  
 centibus, infirmum firmo vestigio consi-  
 stere non posse, Præfectus ira ardens  
 præcepit, ut ex utroque latere ab adstan-  
 tibus sustineretur; quod factum est.

Præfectus profatus est in hunc mo-  
 dum: *Edic miser! quid mali Imperator*  
*tibi fecit? An quidquam rerum tuarum*  
*tibi rapuit? An vi adhibita te oppres-*  
*sit?* Papa nihil respondente, Præfectus  
 voce ad Auctoritatis speciem composi-  
 ta: *Non respondes? illico Accusatores*  
*tui aderunt.* Statimque intrare jubentur  
 viri numero viginti, plerique milites,  
 immaniter feroces. Aliqui cum Olym-  
 pio Exarcho fuerant, & præter alios An-  
 dreas illius Notarius.

Papa, cum hos ingredientes conspi-  
 ceret, subridens dixit: *Suntne hi testes?*  
*hæc vestri Iudicii forma est?* Tum ut  
 super Evangelia jurare iussi sunt, dixit  
 ad Magistratus: *Rogo vos in Nomine*  
*Domini! ne homines istos ad jurandum*  
*compellatis. Dicant sine juramento quod*

*Hist. Ecclesiast. Lib. IX.*

N 20-



Sæculum VII *voluerint, & vos facite, quod lubet. Cur*  
A. C. 654. *animas suas perjurio perdant?*

Primus Accusatorum erat Dorotheus, Patricius ex Cilicia, qui de Papa loquens addito juramento dixit: *Si quinques decies mori posset, toties jure merito capite plecteretur vir iste, totius Occidentis pernicies. Amicus Olympii fuit, atque Imperatoris & Reipublicæ infensissimus hostis.* Alius quoque ex testibus dixit, *Papam cum Olympio conjurasse, & juramentum a militibus exegisse.* Papa interrogatus, an hæc ita essent, respondit: *Si verum audire vultis, dicam. Quando scriptus fuit Typus, & ab Imperatore Romam missus . . .* Hic loquentem turbavit Troilus Prætor clamando: *Ne nobis de Fide verba facias, nam de crimine læsæ Majestatis quæstio est. Omnes Christiani & Orthodoxi sumus, tam nos quam Romani. Utinam verum diceres!* inquit Papa, *verumtamen in terribili Judicii die hac super re contra vos Testimonium dicam.*

Troilus iram non tenens dixit: *Quando sciebas, Olympium, illud hominis monstrum, contra Imperatorem diva moliri, quare non prohibuisti nefas? Quare consensisti?* Papa respondit: *Edic, Domine Troile! quando Georgius, qui Monachus fuit, & deinde Magistratum obtinuit, ex castris huc venit, & quod*

non



non ignoras, fecit, ubi tunc eras tu, & Sæculum VII  
 qui jam tecum sunt? Non solum non ob- A.C. 654.  
 stitistis, sed perorantem audivistis, &  
 ille, quoscunque lubuit, e Palatio ejecit.  
 Et quando Valentinus Purpuram induit,  
 accepto Imperatoris mandato, & cum  
 ipso consedit, ubi eratis? Quare non  
 prohibuistis? Quare econtra vos omnes  
 ad ejus partes transivistis? Ego vero  
 quid potuissem objicere Olympio, omnibus  
 Italiae viribus succincto? vel a me forte  
 Exarchus constitutus est? Sed obtestor S. Niceph.  
 vos in Dei omnipotentis nomine, facite hist. p. 20.  
 mihi cito, quod decrevistis; Deus enim  
 scit, quod magnam mihi mercedem præ-  
 paratis. Quis ille Georgius fuerit, de  
 quo S. Pontifex, non dispicio, sed Va-  
 lentinus erat Dux illius factionis, quæ  
 Martinæ Imperatrici adversabatur. Pa-  
 pa latine loquebatur, & quæ dicebat, a  
 Consule Innocentio Thomæ Filio, na-  
 tione Africano, Græce referebantur; at  
 Præfectus ærario S. Papæ responsis irri-  
 tatus Innocentio dixit: Non est opus, ut  
 quæ dicat, nobis interpreteris. Mox ex  
 Scriba Sagolevo quæsit, an alii præ-  
 terea testes ad fores starent. Hic in-  
 quit: Ita Domine, plures adsunt. Ve-  
 rum qui huic Cœtui præerant, dixerunt,  
 hos sufficere.



Sæculum VII  
A. C. 654.

§. VII.

*S. Martinus pessime habetur.*

Surgens deinde Præfectus in Palatium intravit, quæ acta essent, ad Imperatorem delaturus. Papa e Senatu exire jubetur, qui semper in sella ferebatur, & deponitur in area prope stabula Imperatoris, quo plebs conveniebat, expectans Præfecti ingressum. Summum Pontificem, quod aspectu horrendum! satellites circumdabant, & paulopost in aggerem deferri jussus est, ubi eum Imperator per transfennas cubiculi sui conspicere posset. Ergo Papa in medio aggeris in pedes erigitur, lictoribus eum utrinque sustinentibus, præsentem toto Senatu, & magna plebis turba confluentem. Tunc Præfectus ex Imperatoris cubiculo procedens, & per cuneos populi penetrans ad Papam dixit: *Vides jam, te a Deo manibus nostris traditum? inquam spem Imperatori interitum machinaberis? a Deo recessisti, & Deus recessit a te.* Tum uni satellitum præcipit, ut ejus pallium & calceorum corrigiam scinderet, moxque eum Præfecto Civitatis Constantinopolitanæ tradit his verbis: *Accipe eum, Domine Præfecte! & statim obtruncari jube.* Præcepit etiam circumstantibus, ut eum anathematizarent; sed ne quidem homines viginti

Ana-



Anathema clamarunt, ceteris omnibus demisso præ mœrore vultu discedentibus. Sæculum VII  
A. C. 654.

Tunc igitur carnifices Pontificem corripunt, Pallium Sacerdotale detrahunt, omnibus vestibus spoliant, unam tantum ei tunicam sine cingulo relinquentes; sed & hanc duobus lateribus a summa parte usque ad imam lacerant, ita ut nudum corpus conspiceretur. Præterea collum ejus vinculo ferreo inferunt, adnexa catena, & sic, trahente Ergastulario, ex Palatio per mediam Urbem raptatur, ut scirent omnes, esse ad mortem condemnatum. Alius ex satellitibus gladium, quo percutiendus erat, præferbat. Vidisses tamen inter tot opprobria Summo Pontifici vultum ferenum constare, fente & ingemiscente toto populo, pauculis Viro Sancto insultantibus. Ubi ad Prætorium pervenit, catenis oneratur, & in carcerem cum quibusdam grassatoribus conjicitur. Mox post unius ferme horæ spatium transfertur in carcerem, qui Diomedis dicebatur. Tam inhumane vero per scalas raptabatur, ut crura & poplites ejus læderentur, & gradus duri & alti sanguine respergerentur. Expiraturus videbatur exhaustis omnibus viribus, nam carcerem adiens sæpius cecidit in terram sæpius aliorum manibus erectus. Tandem

N 3                      scamno



Sæculum VII scamno ligneo imponitur, ut erat, vin-  
A. C. 654. culis adstrictus, & frigore pene exsan-  
 guis; nam, ut diximus, intolerabilis e-  
 rat hyems, & dies decimus quintus Dec.  
 agebatur. Porro neminem suorum se-  
 cum habebat, nisi unum Clericum ju-  
 venem, qui, Pontificem secutus, & pe-  
 nes eum stans miserabiliter lamentaba-  
 tur.

Duæ scœminæ, quæ carceris claves  
 servabant, mater & filia, commiseratio-  
 ne commotæ, Sancto Papæ opem ferre  
 cupiebant, sed verebantur oculos Erga-  
 stularii, cui alligatus erat, credebantque  
 statim adfuturos, qui mandatum eum  
 interficiendi afferrent. Elapsis aliquot  
 horis venit Officialis, qui in platea con-  
 sistens evocavit Ergastularium. Ipso de-  
 scendente scœminarum altera Papam au-  
 fert, in lectum componit, & cœtegit,  
 ut calefieret; sed obrigescenti non prius  
 quam ad noctem vox rediit. Interim  
 Gregorii Evnuchi, qui ex Cubiculario  
 Præfectus Urbis Constantinopolitanæ e-  
 vaserat, Dapifer, missus a Domino suo,  
 quidquam cibi Papæ obtulit, & postquam  
 eum compulisset, ut aliquid caperet, di-  
 xit: *Speramus in Deo, & credimus, te  
 non moriturum.* S. Papa, qui Marty-  
 rii coronam exoptabat, audito hoc nun-  
 cio indoluit, moxque ei vincula dempta  
 sunt.

Altero



Altero die Imperator Paulum Patriarcham extremo morbo laborantem Sæculum VII  
A. C. 654.  
 invisens, omnia, quæ Papæ illata fuerant, narravit. Ingemuit ille, & versa ad parietem facie dixit: *Heu me! istud quoque damnationem meam graviolem reddit.* Et quærenti Imperatori, cur ita loqueretur, respondit Paulus: *An non rem desendam putas, tam crudeliter habere Episcopum?* Tum vehementissime Imperatorem obtestabatur, ut iis malis, quæ Papa pertulerat, contentus esset. Ita Paulus obiit, postquam Sedem Constantinopolitanam annis tredecim tenuisset. Pirrus tunc Constantinopoli præfens, eam repetere cogitabat; sed multi obstabant, & Libellum Retractationis ab eo Papæ Theodoro oblatum obiciebant, dicentes, quod se ipsum hoc facto indignum Sacerdotio reddiderit, & a Paulo Patriarcha Anathemate percussus fuerit. Sup. Lib.  
XXXVIII.  
§. 24.  
n. 40.

## §. VIII.

*Papa secundo interrogatur.*

Cum Tumultus cresceret Pirri causa, Imperator scire voluit, quid Pirrus Romæ egisset, atque in hunc finem misit Demosthenem, Præfecti ærario ministrum, cum Notario, ut Papam in carcere interrogaret. Hi ingressi ad Papam dixerunt: *Cogita, quam felix fueris,*



Sæculum VII *Et quam miser hodie sis! sed fortuna*  
 A.C. 654. *tuaæ faber ipse extitisti.* Papa id solum  
 respondit: *In omnibus laudetur Deus!*  
 Demosthenes dixit: *Imperator edoceri*  
*vult, quid hic, Et Romæ in causa Pir-*  
*bi, olim Patriarchæ, actum sit. Cur*  
*Romam iuit? An instinctu alterius, vel*  
*motu proprio hanc profectiõnem susce-*  
*pit?* Respondit Papa: *Sponte sua venit.*  
 Demosthenes dixit: *Quomodo hunc Li-*  
*bellum conscripsit, an a quoquam coactus?*  
 Papa: *Coactus a nemine.* Demosthe-  
 nes: *Pirrbus Romam adveniens an a*  
*Theodoro Papa Antecessore tuo exce-*  
*ptus est tanquam Episcopus?* Papa: *Et*  
*cur non? cum priusquam Pirrbus Romam*  
*venisset, Theodorus ad Paulum liquido*  
*scripserit, male eum fecisse, quod alte-*  
*rius Sedem invasisset. Pirrbus deinde ad*  
*S. Petri pedes accedens, utique benigne*  
*recipi, Et tanquam Episcopus coli debuit.*  
 Demosthenes: *Id verum est. Sed unde*  
*sustentabatur?* Papa respondit: *Sine o-*  
*mni dubio a Palatio Patriarchali Roma-*  
*no.* Demosthenes: *Qualis panis ei præ-*  
*bebatur?* Papa: *Video, quod Ecclesia*  
*Romanæ Charitatem non noveris. At*  
*dico tibi, omnibus hominibus, quicumque*  
*illo eunt, Et hospitalitatis officia rogant,*  
*utcunque despiciabiles sint, omnia neces-*  
*saria suppeditari. S. Petrus neminem*  
*rejicit. Hospiti panis candidissimus, Et*  
*vina*



vina diversi generis, non solum ei, sed etiam comitibus præbentur. Exinde judica, quo cultu Episcopus, si veniat, sit excipiendus.

Sæculum VII  
A. C. 654.

Demosthenes: Relatum est ad nos, quod Pirrbus ad conscribendum hunc Libellum coactus fuerit, injecti fuerint viro compedes, & plurima mala illata. Papa: Nihil tale factum. Habetis Constantinopoli multos viros, tunc temporis Romæ versatos, & scientes, quid ibi actum sit, nisi forte metu verum fateri prohibeantur. Habetis inter alios Platonem Patricium, qui Exarchus tunc fuit, & delegatos ad Pirrbum misit. Sed quid opus est tot interrogationibus? tenetis me, facite mihi, quod lubuerit. Etiam si frustatim corpus meum mutilaveritis, sicut Præfecto præcepistis, cum Ecclesia Constantinopolitana non communico. De Pirrbi Episcopatu deliberatis, toties depositi & anathematizati?

Demosthenes, & qui cum ipso venerant, mirati constantiam Pontificis, omnibus ejus Responsis in charta adnotatis, discesserunt.

§. IX.

S. Martini Papæ Exilium, & obitus.

Itaque S. Martinus Papa in carcere Diomedis

N 5

medis



Sæculum VII medis fuit octoginta quinque diebus, id  
A.C. 655. est mensibus ferme tribus. His, si tres  
 menses, quibus in priore carcere fuit,  
 jungantur, dispicimus, ejusdem captivi-  
 tatem per menses ferme sex durasse,  
 nempe a decimo septimo Sept. usque ad  
 decimum Martii. Tunc vero Sagole-  
 vus Notarius venit ad Papam dicens:  
*Mandatum mihi est, ut te in domum  
 meam transferam, & post biduum, illo,  
 quo Præfectus ærario jusserit, mittam.*  
 Quæsit Papa, quo deducendus esset.  
 Sed istud Sagolevus noluit dicere, nec  
 permittere, ut in illo carcere maneret,  
 donec in exilium deportaretur. Sub  
 vesperam Papa illis, qui apud se erant,  
 dixit: *Venite, fratres mei! alter alteri  
 valedicamus, nam statim mihi hinc mi-  
 grandum erit.* Tum, postquam singuli  
 semel bibissent, Pontifex ad quemdam  
 ex adstantibus, sibi carissimum, dixit:  
*Veni, frater mi! da mihi osculum pacis!*  
 Et illo, cum jam prius amaro esset ani-  
 mo, flebiliter exclamante, ceteri quo-  
 que in tristes ejulatus proruperunt.  
 S. Papa hilari vultu eos intuitus, animi  
 imbecillitatem vituperavit, & proxime  
 adstantis capiti dextra imposita subridens  
 dixit: *Bonus est iste discessus, frater mi!  
 & mihi prodest. Cur ergo contristaris?  
 imo magis oporteret, hanc sortem mihi  
 gratulari.* Ille respondit: *Deum testor!*

JESU



*ſu Cbristi Serve! ob maximam, quæ tibi paratur, gloriam lætor; ſed tot aliorum hominum ruina affligor.* Ergo cum omnes Pontifici vale ultimum dixiſſent, receſſerunt. Illico adest Notarius, qui eum in ædes ſuas deduxit, & in vulgus ſparſum, Papam in Cheroneſum, locum exilii ſui, deferri.

Verum iſtud erat, nam in Cœna Domini, quæ hoc anno 655. in diem viageſimum Martii incidebat, clam navi impoſitus, poſtquam in diverſa loca diverſiſſet, in Cheroneſum 15. Maji appulit. Id diſpicimus ex ipſius Epistoſa ad aliquem amicorum cariſſimum Conſtanti-nopolim data, in qua etiam dicit: *Hujus Epistoſe lator uno mense ſerius quam nos, Byzantio in Cheroneſum pervenit. Lætus eram de ejus adventu, quod ſperarem, Roma accipere aliqua, mihi ad vitam ſuſtentandam miſſa. Quæſivi ex eo, & audiens, quod nihil attuliſſet, miratus id quidem ſum, ſed Deum laudavi, qui ærumnas noſtras, prout Divinæ ſuæ Voluntati placet, vel auget, vel minuit. Certe maxima eſt in hac Regione fames & annonæ penuria. Panem centies in die nominari audio, ſed nullum video; niſi ex Italia vel Ponto ſubſidium nobis adveniat, abſolute impoſſibile eſt, ut hic vitam ſuſtenteinus, nihil enim annonæ in hoc loco reperiri poteſt. Si igitur inde*  
frumen-

Ep. 16.

Sæculum VII  
A. C. 655.



Sæculum VII *frumentum, vinum, oleum, vel quid-*  
 A. C. 655. *quam aliud nobis advebatur, illud celeri-*  
*ter, ut poteris, ad nos buc mitte. Non*  
*arbitror, me tam male meritum fuisse*  
*de Sanctis, qui Romæ sunt, aut de Cleri-*  
*cis; cur ergo in me adjuvando tam lenti*  
*sunt? Cur Domini præceptum conte-*  
*mnunt? Si S. Petrus ibi peregrinos &*  
*exteros laute pascit, quid de nobis dicam,*  
*qui ejus Domestici sumus, qui ei saltem*  
*brevi tempore servivimus, & nunc in du-*  
*rissimo exilio, tantisque ærumnis vers-*  
*mur? Aliqua speciatim tibi indicavi,*  
*quæ exinde emi possunt; rogo te, ut illa*  
*ad me mittas, ea, qua soles, diligentia;*  
*omnibus quippe destituor, & frequentis-*  
*simis morbis absumor.*

Ep. 7.

Commem.

p. 75.

S. Martinus  
in Cherfo-  
neso.

In alia Epistola mense Sept. data di-  
 cit: *Non solum a toto orbe reliquo divi-*  
*dimur, sed etiam vita privamur. Hujus*  
*Regionis Indigenæ Gentiles sunt, &*  
*qui aliunde adveniunt, mores humanos de-*  
*discunt. Nulla hic Charitas, & ne qui-*  
*dem commiserationis affectus naturæ in-*  
*ditus, & alias etiam in barbaris menti-*  
*bus reperiri solitus. Nihil habemus, nisi*  
*quod ab exteris advebitur, qui veniunt,*  
*ut scaphas suas sale onerent; & aliud ni-*  
*hil emere potui, quam unum modium fru-*  
*menti quatuor solidis aureis. Miror du-*  
*ritiam illorum, quos olim inter notos re-*  
*cessui, miror, inquam, quod mei usque*  
 adeo



adeo oblivisci potuerint, ut ne quidem an  
 adhuc in vivis degam, scire cupiant. At  
 multo magis animi asperitatem in illis  
 obstupesco, qui Ecclesiae S. Petri mem-  
 bra sunt, qui abjiciunt curam vivi ad  
 suam Congregationem pertinentis. Si  
 illa Ecclesia pecuniis caret, at, Deo sint  
 laudes! non deest frumentum, vinum &  
 commeatus ceteri, ita ut nobis auxilium,  
 saltem exiguum, praestare potuissent.  
 Qua conscientia coram Tribunali Jesu  
 Christi comparebimus, homines, omnes ex  
 eodem luto facti? Quis timor omnes in-  
 vasit, ita ut Dei Praecepta adimplere pro-  
 hibebantur? Vel ego hostis totius Ecclesiae,  
 praesertim illorum Clericorum fui? Ni-  
 bilominus Deum precor per S. Petri Suf-  
 fragia, ut eos, & praecipue Pastorem, (\*)  
 qui bodie praest (scilicet Eugenium Pa-  
 pam) in Fide Orthodoxa firmos conser-  
 vet. Miserrimum vero hoc corpusculum  
 Deo curae erit; nam prope est Dominus; Philip. 4. 6.  
 quid me sollicitum teneat? Spero me ejus  
 Misericordia hunc cursum brevissime con-  
 summaturum.

S. Martinus Papa spe sua frustratus  
 non est, quippe in Festo S. Euphemiae,  
 decimo sexto mensis Septembris, Indi-  
 ctione decima quarta, anno 655. migra-  
 vit

(\*) Hic S. Papa Martinus Eugenium, Legiti-  
 mum Pontificem, agnoscere videtur.



Sæculum VII vit e corpore, (\*) cum S. Sedem, ab Or.  
A. C. 655. dinatione sua usque ad diem obitus an-

*Anast. in  
Mart.*

nis sex, mense uno, & diebus viginti  
sex tenuisset. Duabus Ordinationibus  
mense Dec. creavit Presbyteros unde-  
cim, Diaconos quinque, & alias Episco-  
pos triginta tres. Sepultus est in Eccle-  
sia Virginis uno stadio a Civitate Cher-  
sona, & exinde magna populi multitu-  
do ad ejus tumulum confluit. S. Mar-

*Ep. Greg. II* tinus in Ecclesia Græca inter Confesso-  
*to. 7. conc. p. 7* res 14. Aprilis, & in Ecclesia Latina in-  
*Mart. Rom.* ter Martyres 12. Nov. honoratur. Ejus  
*12. Nov.* Reliquiæ posteriore tempore Romam  
translatæ, & in Ecclesiam diu ante S. Mar-  
tino Turonensi dedicatam depositæ di-  
cuntur.

§. X.

(\*) De Epistola S. Martini ad S. Amandum  
in Palatio hæc leguntur: *Scriptit etiam ad Gal-  
los & ad Amandum, qui pravos mores Eccle-  
siasticorum pertæsus, cum vacationem ab Epis-  
copatu per litteras a Martino postulasset; ne-  
gavit Martinus, & illum ad reformandam Ec-  
clesiasticam Disciplinam admonuit, ut Presby-  
teros ac Diaconos graviter peccantes a gradu suo  
deponat, quod si respuerint; eos quidem ab-  
solvat, sed nunquam gradibus restituat, vel Di-  
gnitatibus. Hinc Centuriatorum patet calu-  
mnia, ut Novatianæ Hæreseos Sectatorem accu-  
santium Martinum, quod dandam veniam la-  
psum negaverit pœnitentibus. Non enim veniam  
negavit, sed Honorum restitutionem.*



## §. X.

Sæculum VI  
A. C. 655.*Concilium Toletanum octavum.*

Sub idem tempus Toleti duo Concilia celebrata, quæ octavo & nono loco ponuntur. Octavum in Ecclesia Apostolorum, Rege Recesvinto jubente, anno quinto Regni ejus, æra 691. id est, anno 653. convocatum. Aderat Rex, jussitque legi libellum decimo sexto Dec. ejusdem anni datum, in quo Fidei ejus Confessio continebatur, & Rex quatuor Concilia universalia recipiebat. Tum rogavit Episcopos, ut vim illius juramenti tollerent, quo se tota Natio in Concilio quarto Toletano obstrinxerat, sine spe veniæ illos esse damnandos, qui in Regis vitam vel in Reipublicæ detrimentum conjurassent, quod istud jusjurandum sæpe perjurii causa esset. Tum Optimates in Concilio præsentibus hortatus est, ut in ea, quæ Episcopi facturi erant, consentirent, & sollicitè executioni mandarent.

Episcopi deinde duodecim Canones condiderunt, si Canones dici possunt leges scriptæ stylo tam proluxo & figurato, ut non facile sensus capiatur. In primo Canone legitur eorum Fidei Confessio, id est, Symbolum Nicenum, prout in Missa recitabatur cum additione, & *Filio*, ubi de Processione Spiritus Sancti sermo

tom. 6. Conc.  
p. 394.Sup. Lib.  
XXXVII.  
§. 49.



Sæculum VII sermo est. In secundo Articulo abole-  
 A.C. 655. tur obligatio servandi juramentum olim  
 contra perduelles editum, & tribuitur  
 facultas ipsis ignoscendi. Tertius Ca-  
 non contra Simoniam pugnat. Qua-  
 tuor sequentes Clericorum incontinen-  
 tiam reprimunt, præsertim Subdiacono-  
 rum, qui dicebant, licere sibi etiam post  
 Ordinationem nuptias inire, & simula-  
 tionem illorum, qui obtendentes, quod  
 vi adhibita ordinati fuissent, affirma-  
 bant, posse se Ordini Ecclesiastico re-  
 nunciare, & denuo cum Uxoribus suis  
 vivere. His Concilii Patres opponunt  
 argumentum a Baptismo, quo accepto  
 fidem datam servare tenentur etiam, qui  
 inviti, vel nescii, sicut infantes, bap-  
 tizati sunt.

*Ep. 187. ad  
 Dard. c. 7.  
 n. 25. c. 8.*

Quod hic de invitis Baptismum re-  
 cipientibus dicitur, intellectu difficile  
 videtur, nisi accipiatur de infantibus,  
 qui non nunquam, ut S. Augustinus ob-  
 servat, vano conatu se baptizantibus re-  
 sistunt.

Canones  
 Concilii To-  
 letani.

Concilium prohibet, ne ordinentur,  
 qui non totum Psalterium, cum Canti-  
 cis & Hymnis cantari solitis, & Formam  
 Baptismi didicerunt.

Qui sine evidenti necessitate in Qua-  
 dragesima carnes comederint, deinde  
 toto anno carnes non comedant, & in  
 Paschate non communicent. Qui sene-  
 ctute

c. 9.



ctute vel morbo pressi carnes comedunt, Sæculum VII  
 prius ab Episcopo licentiam petant. A.C. 655.  
 in Metropoli, id est, Toleti, vel in illo  
 loco, ubi Antecessor ejus defunctus fue-  
 rit, eligatur, atque Episcopi & Proceres  
 Palatii Electioni consentiant. Rex Fi- c. 10.  
 dem Catholicam adversus Judæos & Hæ-  
 reticos defendat. Subditos suos exa-  
 ctionibus non opprimat. Quæcunque  
 acquisiverit, ad ejus Successorem trans-  
 eant, & Hæredibus suis illa tantum relin-  
 quat, quæ possidebat, priusquam ad Re-  
 gnum evectus fuisset. Hæc omnia se  
 servaturum juret, priusquam Regni pos-  
 sessionem capiat. In Causa Judæorum c. 12.  
 Decreta Concilii Toletani sub Sisenando  
 Rege celebrati (nempe quarti) observen-  
 tur. Elapso Bimestri ab hoc Concilio Sup. Lib.  
 octavo Judæi conversi ex tota Hispania XXXVII.  
 Regi Libellum obtulerunt; in quo pro- §. 48.  
 mittebant, se vitam suam ad normam  
 priorum Christianorum composituros, an- p. 741.  
 tiquas superstitiones abjecturos, se con-  
 tumaces flammis vel lapidibus perem-  
 pturos, aut illos cum Bonis suis Regis  
 arbitrio tradituros.

Huic Concilio subscripserunt Episco-  
 pi quinquaginta duo, quos inter quatuor  
 primi Metropolitæ erant scilicet, Orun-  
 tius Emeritanus, Antonius Hispalensis,  
 Eugenius Toletanus, & Potamius Brac-  
 carensis. Inter Episcopos famæ cele-

*Hist. Eccles. Tom. IX.*

O brita-



**Sæculum VII** britate eminent Tajon Cæsaraugustanus.  
**A. C. 655.** Item Abbates decem, quos inter est S. Ildephonsus, Archipresbyter, Primicerius Toletanus, & tandem decem Episcoporum absentium Vicarii subscripserunt. Tum etiam visuntur apposita Nomina decem Comitum, qui præcipuis in Regia muneribus fungebantur. Ultimo legitur Decretum Concilii in quo de Bonis Regis agitur, & Edictum, quo istud Decretum confirmatur. Inde dispicimus, Episcopos cum Optimatibus in Regiminis Politici partem fuisse vocatos.

## §. XI.

*Concilium Toletanum nonum.*

no. 6. Conc.  
p. 451.

*Præfat.*

6. I.

In Concilio Toletano nono inde post biennium, secundo die Nov. anno Recesvinti septimo, æra 693. id est, anno 655. in Ecclesia S. Virginis celebrato, sexdecim non plures Episcopi adfuerunt, condideruntque Canones septendecim, plerosque ad reprimendos Episcoporum abusus in Administratione Bonorum Ecclesiasticorum admissos; hinc dicunt in exordio, oportere, ut se ipsos primo judicent, & sic Judiciis suis Auctoritatem concilient. Itaque statuunt, ut, si Episcopi aut alii Clerici Bona Ecclesiarum sibi usurpent, illi qui Ecclesias fundarunt, vel locupletarunt, coram Episcopo, vel Metro-



Metropolita, vel Rege Actionem mo-  
 veant. Iidem invigilent, ut facta tecta  
 ferventur, ne Ecclesiæ aut Monasteria a  
 se fundata collabantur. Item, Funda-  
 toribus jus competat, Episcopo Presby-  
 teros, præsentandi, qui in illis Ecclesiis  
 ministrent, & ipsis nolentibus alios non  
 ordinent.

Sæculum VII  
A. C. 655.

c. 2.

Episcopus, si Monasterium fundet,  
 non ultra quinquagesimam partem Bo-  
 norum Ecclesiæ suæ ei dare valeat, aut  
 centesimam, si fundet Ecclesiam sine Mo-  
 nasterio. Si Episcopus modicum habuit  
 patrimonium, quæ post susceptum E-  
 piscopatam acquisivit, Ecclesiæ sunt.  
 Si tantum Bonorum habuit, quantum Ec-  
 clesia, vel plura, hæredes defuncti Bo-  
 na relicta cum Ecclesia, proportione ser-  
 vata, dividant. Episcopus de illis rebus  
 decernere possit, quæ ipsius Personæ do-  
 nata fuerint, si non decernat, Ecclesiæ  
 sunt.

c. 5.

c. 6.

Episcopi vel Presbyteri Hæredita-  
 tem, Propinqui ejus non adeant sine Me-  
 tropolitæ vel Episcopi consensu. Præ-  
 scriptio triginta annorum contra Eccle-  
 siam, a die Obitus Episcopi, qui rem a-  
 lienavit, non autem a die peractæ alie-  
 nationis currat. Episcopus, qui Confra-  
 tris sui Exequias celebravit, & Rerum  
 Ecclesiæ Commentarium conscribi cura-  
 vit, non ultra unam libram auri, si Ec-

c. 7.

c. 8.

c. 9.

IX.  
 anus.  
 S. Il-  
 cerius  
 copo-  
 runt.  
 mina  
 n Re-  
 no le-  
 e Bo-  
 istud  
 spici-  
 as in  
 voca-  
 post  
 o Re-  
 anno  
 rato,  
 runt,  
 ecim,  
 orum  
 n Ec-  
 nt in  
 o ju-  
 atem  
 epis-  
 rum  
 unt,  
 vel  
 etro-



Sæculum VII clesia sit dives, & dimidiam, si pauper sit,  
A.C. 655. accipiat.

- Filii spurii Clericorum ab Episcopo  
usque ad Subdiaconum, Servi sint illius  
Ecclesiæ in qua patres ministrabant. E-  
piscopi Clericis non adscribant Servos  
Ecclesiæ, nisi eos prius libertate donave-  
rint. Liberti Ecclesiæ cum Personis in-  
geniis, id est, libero genere natis, nu-  
ptias non contrahant. Si contraxerint,  
ambo jure Libertorum habebuntur, &  
ex consequenti tam ipsi, quam posteri-  
eorum ea Ecclesiæ obsequia reddere te-  
neantur, quæ Liberti Patronis suis præ-  
stare solebant; nec Bona sua cuiquama-  
lii, quam liberis suis aut propinquis, si  
ejusdem etiam conditionis sint, relinque-  
re possint. Judæi baptizati in Festis præ-  
cipuis in Civitatem se conferant, Offi-  
cio solemnibus, quod Episcopus celebrat, in-  
terfint, ut judicare valeat, an sincera sit  
eorum conversio.

Huic Concilio demum 28. Nov. finis  
impositus, atque denunciatum, aliud pri-  
mo die Dec. anno futuro congregan-  
dum.

§. XII.

*Prima Quæstio de S. Maximo  
habita.*

*Niceph. in Chron.* Constantinopoli, defuncto Paulo, Pir-  
hus Sedem Patriarchalem eodem  
anno



anno 655. denuo occupatam non ultra <sup>Sæculum VII</sup>  
 quatuor menses & dies viginti tres te- A. C. 655.  
 nuit, habuitque Successorem Petrum, il-  
 lius Ecclesiæ Presbyterum, qui eam an-  
 nis duodecim (\*) & septem mensibus re- *vit. Max. n.*  
 xit. Ipso sedente S. Maximus raptus, *17. Acta*  
 & cum Anastasio Discipulo suo, & alte- *Max. p. 29.*  
 ro Anastasio, qui Ecclesiæ Romanæ Apo-  
 crisiarius fuerat, Constantinopolim per-  
 ductus. Ipso die, quo Constantinopo-  
 lim advenerant sub occasum solis, ad-  
 sunt duo Officiales, qui Mandatores dice-  
 bantur, cum Excubitoribus decem, seu  
 militibus Prætorianis, qui nudos, & dis-  
 calceatos e navigio abstrahunt, sepa-  
 rant, & in diversis ergastulis custo-  
 diunt.

Post aliquot dierum spatium in Pa-  
 latium ducuntur, S. Maximus in aulam,  
 ubi Senatus cum maxima hominum tur-  
 ba congregatus erat, ingredi jussus in  
 medio sistitur. Tum Sacellarius seu Æ-  
 rario Præfectus, ira excitatus ad S. Ma-  
 ximum: *Esne tu Christianus?* S. Maxi-  
 mus respondit: *per Gratiam Jesu Chri-  
 sti Dei nostri sum.* Sacellarius: *Unde  
 ergo, si Christianus es, Imperatorem o-  
 disti?* S. Maximus: *Unde tu istud scias?*

O 3 nam

(\*) Cardinalis Baronius in numero anno-  
 rum dissentit, eique Regiminis annos non plures  
 quam duos tribuit.



Sæculum VII nam odium est animæ affectio latens, qua  
 A. C. 655. tam parum videri potest, ac amor. Sa-  
 cellarius: Nemini non ex factis tuis li-  
 quet, quod Imperatorem & Rempublicam  
 oderis; tu enim & non alius Saracenis  
 Ægyptum, Alexandriam, Pentapolim,  
 Tripolim & Africam tradidisti. S. Ma-  
 ximus: ubi sunt tam atrocis accusatio-  
 nis argumenta?

Tunc in medium prodire iussus est  
 Joannes, qui Sacellarius, seu thesauro  
 Præfectus Petri Numidiæ Prætoris fue-  
 rat. Is ad S. Maximum conversus dixit:  
*Jam anni viginti duo sunt, ex quo, cum  
 Imperatoris avus Petro imperasset, ut  
 collecto exercitu in Ægyptum con-  
 tenderet, & Saracenos depelleret, datis  
 ad te litteris, utpote quem tanquam fi-  
 delem Dei famulum colebat, consilium  
 petiit, an sibi in hostem istum movendum  
 esset. Respondisti; ne faceret, quia Deus  
 decrevisset, sub Heraclio Principe &  
 stirpe ejus Romano Imperio non faveret.*  
 S. Maximus respondit: *Si vera loqueris,  
 necesse est te habere Epistolam, quam ad  
 me dedit, & responsoriam meam. Utram-  
 que exhibe, quod si feceris, legum ri-  
 gori me subiciam.* Joannes dixit: *Nul-  
 las habeo Epistolas, nec illud scio, an ti-  
 bi Petrus scripserit; sed illo tempore ea  
 de te in castris omnes narrabant.* S. Maxi-  
 mus: *Si totus exercitus hæc de me, cur*

S. Maximi  
 Responsio-  
 nes,



tu solus me calumniaris? An unquam an-  
 tebac me vidisti? Joannes: Nunquam Sæculum VII  
A.C. 655.  
 alias te vidi. Tum Maximus ad Sena-  
 tum conversus ait: *Judicate, an æquum  
 sit tales Accusatores, & tales Testes pro-  
 ducere? Nam Dominus dicit: In quo e-  
 nim Judicio judicaveritis, in eo judi-  
 cabimini.* Matth. 7. 2.

Deinde Sergius Magonda prodire jus-  
 sus dixit: *Effluxerunt novem anni, ex quo  
 Abbas Thomas Roma veniens mihi di-  
 xit, se a Papa Theodoro ad Patricium  
 Gregorium fuisse missum, ut nunciaret:  
 Neminem time; nam Abbas Maximus  
 per somnium vidit turbas Angelorum ab  
 Oriente & ab Occidente. Qui ab O-  
 riente erant, clamabant: Victoriæ Im-  
 peratori Constantino! qui ab Occidente:  
 Victoriæ Imperatori Gregorio! at cla-  
 mores Occidentalium vicerunt. Grego-  
 rius ille est, qui cum Africæ præfectus  
 fuisset, circa annum 645. ab Imperatore  
 defecit. Itaque si exinde novem annos  
 numeremus, habemus annum 654. & si  
 retrocedendo annos viginti duos ab in-  
 cursu Saracenorum computemus, inve-  
 niemus annum 632. qui est Abubecri  
 secundus. Audito hoc Sergii testimo-  
 nio, Sacellarius S. Maximum, ac si jam  
 convictus fuisset, affatus clamavit: *Deus  
 te hac adduxit, ut comburaris.* S. Ma-  
 ximus respondit: *Istud Gregorio adhuc**

O 4 vivo



Sæculum VII A. C. 655. *vivo mihi obijciendum fuisset.* Tum, ut ostenderet, quam absurdi essent Accusatores sui, quod testes mortuos nominarent, qui loqui non possent, dixit: *Æquum esset, ut primus Accusator ad producendum in Judicio Patricium Petrum compelleretur, & iste secundus ad producendum Abbatem Thomam, cujus esset Papam Theodorum producere, & tunc omnibus presentibus, ad Petrum Patricium dicerem: An tu mihi scripsisti, vel ego tibi, quod Sacellarius dicit? Et si id affirmaret, tunc pœna dignus forem. Pari modo Papam compellarem: Edic, Domine! an ego tibi aliquando somnia mea narravi? & si id affirmaret, ipse reus esset, quod somnio fidem habuisset, non vero ego, quod quædam in somnio oblata vidissem, cum somnia in nostra potestate non sint.* Tunc ad S. Maximum Troilus: *Jocaris, Domine Abba! an nescis ubi sis, & quibus loquaris?* Respondit: *Non jocos, sed pudet, me in ea tempora fuisse reservatum, quibus toleranda sint indigna ludibria.* Epiphanius Patricius dixit: *Cur non videat, si quæ obijciuntur, falsa sunt?* Magnus Sacellarius ira commotus ad S. Maximum: *Nempe omnes mentiuntur, tu solus verax es.* S. Maximus inter lacrymas respondit: *In vestra potestate est, Deo ita permittente, mihi vitam vel mortem dare;*



dare; si vero hi veritatem loquuntur, af- Sæculum VII  
A. C. 655.  
firmandum erit; Satanam verum Deum  
esse, meque indignum, qui adventum Crea-  
toris Nostri & Judicis videam, si un-  
quam tale somnium narravi, aut si us-  
que in banc horam de tali somnio aliquis  
sermo ad aures meas pervenit.

## §. XIII.

## Colloquium cum Gregorio.

Testis tertius nihil præter accusatio-  
nem frivolam attulit. Sed quartus,  
Gregorius, Photini filius, Imperatori ab  
Epistolis, locutus est in hunc modum:  
Cum Romæ essem, cubiculum Abbatis Ma-  
ximi intravi, & dicenti mihi, quod  
Imperator possideat Sacerdotium, Abbas  
Anastasius, Discipulus ejus, dixit: Deus  
nolit, ut tantus honor ei obtingat. S. Ma-  
ximus ad Gregorium: Deum time, Do-  
mine Gregori! socius meus in illo collo-  
quio nec verbum protulit. Tum in ter-  
ram prostratus ad Senatores dixit: Ob-  
secro! aures patientes mihi concedite, &  
integrum illud colloquium vobis referam.  
Arguet me Accusator meus, si mentiar.  
Cum Dominus Gregorius Romæ ad me  
invisisset, prostravi me in terram, ut fa-  
cere adsueveram, & venientem amplexus  
sum. Tum postquam consedimus, rogavi  
itineris causam. Dixit: Imperator Ec-  
clesiarum pacem cupiens mittit S. Petro

O 5 obla-



Sæculum VII oblacionem, & Papæ Epistolam, in qua  
A. C. 655. ad concordiam cum Patriarcha Constan-  
tinopolitano reducendam hortatur, me-  
que hac Legatione honoravit. Respondi:  
laudetur Deus! sed qua ratione concordia  
reducenda est? Respondisti: per consen-  
sum in Typum (nam hic S. Maximus ser-  
monem ad Gregorium dirigere cœpit,  
& profecutus est) ego autem tibi dixi:  
Credo hanc rem esse impossibilem; nun-  
quam enim Romani ferent, ut dicta Pa-  
trum cum dictis Hæreticorum, & Veri-  
tas cum Mendacio supprimantur. Re-  
spondisti: Typus non præcipit, ut verba  
sancta supprimantur, sed silentium impe-  
rat, ut pax reducatur. Dixi ego: Se-  
cundum Scripturam, silentium est verbo-  
rum suppressio. (\*)

Psal. 18. 4.

*Dixisti: noli me in spinosas quæstio-*  
*nes conjicere; sufficit mihi Fidei Symbo-*  
*lum. Reposui: Typus destruit Symbo-*  
*lum. Quæsvisti, quo pacto id fieret, &*  
*ego rogavi, ut Symbolum recitares. Et*  
*tu ita exorsus es: Credo in unum Deum*  
*Patrem Omnipotentem, Creatorem Cæli*  
*& Terræ, visibilium omnium & invis-*  
*bilium. Dixi: Siste paululum. Deus*  
*Creator non esset, nisi Voluntatem & O-*  
*perationem Naturalem haberet; Volun-*  
*tate*

(\*) Non sunt loquelæ, neque sermones, quo-  
 rum non audiantur voces eorum. Psalm. 18.



tate enim & non necessitate creavit Cæ-  
 lum & Terram. Si specie prudentiæ A. C. 655.  
 humanæ Fides cum errore supprimatur,  
 istud prudentiæ genus a Deo separat, &  
 homines non conjungit. Proxime etiam  
 venient ad nos Judæi & dicent: Uniamur,  
 & prudenti discretione ex parte nostra  
 Circumcisio, & ex parte vestra Baptis-  
 mus supprimatur. Idem remedium A-  
 riani ætate Constantini Magni datis lit-  
 teris proposuerunt: Supprimamus voces,  
 Consubstantialis, & Substantia diversus,  
 ut uniantur Ecclesiæ! at non consense-  
 runt Patres nostri, sed huic paci persecu-  
 tionem & mortem prætulērunt, quamvis  
 huic remedio Constantinus faveret. Nun-  
 quam Imperatorum aliquis Patres eo ad-  
 ducere potuit, ut ætatis suæ Hæreticis  
 conniverent, adhibendo voces ambiguas,  
 sed semper usi sunt vocibus clavis, quæ-  
 stioni propriis & congruis, dicentes si-  
 ne hæsitatione, Episcoporum esse Ecclesiæ  
 Dogmata examinare, & definire.

Dixisti: Ergo, si tibi credimus, om-  
 nis Imperator Christianus non simul Sa-  
 cerdotium habet? Respondi: non habet.  
 Nam Imperator ad Altare non stat, &  
 postquam consecratus est panis, non  
 eum elevat dicens: Sancta Sanctis. Non  
 baptizat, non confirmat cum Chrismate,  
 non imponit manus ad ordinandos Episco-  
 pos, Presbyteros, & Diaconos, non conse-  
 crat



Sæculum VII *crat templa, non gerit Sacerdotii Insi-*  
 A. C. 655. *gnia Pallium & Evangelium, sed Coro-*  
 Ordo Mel- *nam & Purpuram habet, Imperii notas.*  
 chisedech. *Tum mihi objecisti: Quare igitur Scri-*  
*ptura Melchisedech vocat Regem & Sacer-*  
*dotem? Respondi: Is erat figura illius,*  
*qui cum solus esset verus Rex & Deus om-*  
*nium, pro nostra salute verus Sacerdos*  
*Magnus factus est. Si vero dicas, quem-*  
*quam alium esse Regem & Sacerdotem se-*  
*cundum Ordinem Melchisedech, adde e-*  
*tiam reliqua, esse sine Patre, sine Matre,*  
*sine Genealogia, sine principio, sine fi-*  
*ne, & tunc cognosces, quæ inde sequantur,*  
*nempe fore alium Deum incarnatum, ut*  
*suo Sacerdotio procuret nostram Salu-*  
*tem secundum ordinem Melchisedech &*  
*non secundum ordinem Aaron. Sed cui*  
*bono tot sermones? ad Sanctam Mensam*  
*sub Sacra Oblatione post Episcopos, Pres-*  
*byteros, Diaconos, & omnes Clericos Im-*  
*peratorum memoria fit inter Laicos;*  
*quando dicit Diaconus: & pro Laicis in*  
*Fide defunctis, Constantino, Constante, a-*  
*liisque. Ita Imperatorum viventium post*  
*omnes Clericos mentionem facit. (\*)*

S. Maximum sermones, quos Romæ  
 cum Gregorio miscuerat, in hunc mo-  
 dum

(\*) Hodie Imperatoris vel Regis statim post  
 Summum Pontificem in Canone Missæ mentio  
 fit secundum quædam Missalia.



dum referentem, Menas Abbas turba- Sæculum VII  
 vit exclamans: *Hæc affirmando Eccle-* A. C. 655.  
*siam in partes scidisti!* S. Maximus re-  
 spondit: *Si Ecclesia scinditur verba Scri-*  
*pturæ & Patrum referendo, quid de illis*  
*sentiendum, qui Patrum Doctrinam sup-*  
*primunt, qua sublata Ecclesia stare non*  
*potest?* At Sacellarius ad Exarchi fami-  
 liares conversus clamavit: *Dicite Exar-*  
*cho, meis verbis: Quomodo tibi tempe-*  
*rare potuisti, ut talem hominem in com-*  
*missa tibi Provincia vivere sineres?*

Tum S. Maximo exire iussu, Anasta-  
 sius ejus Discipulus introducit, quem  
 cupiebant compellere ad accusandum  
 S. Maximum, quod Pirrhum male habuis-  
 set. Anastasius submissa voce respon-  
 dit: *Nemo unquam Pirrhum tanto hono-*  
*re, ac Maximus, coluit.* Jubetur voce  
 altiore loqui; cumque vocis sonum, mo-  
 destiæ Monachorum convenientem, cui  
 adsueverat, mutare non posset, præce-  
 pit Sacellarius, ut adstantes eum verbe-  
 ribus pulsarent. Igitur pugnis contun-  
 ditur tam crudelem in modum, ut semi-  
 mortuus videretur. Mox ambo in car-  
 cerem reduci jubentur; sed Menas Ab-  
 bas S. Maximum affatus præsentibus Se-  
 natoribus dixit: *Dei vindicta te buc de-*  
*duxit, ut reciperes pœnam tot malorum,*  
*quæ aliis intulisti, dum cunctos spargen-*  
*do dogmata Origenis pervertere voluisti.*  
 S. Ma-



Sæculum VII S. Maximus respondit: *Anathema Origeni, Doctrinæ ejus, & omnibus ejusdem Sectatoribus!* Epiphanius Patricius dixit: *Domine Abbas Mena! diluit Maximus hoc Anathematismo objectionem tuam, etiamsi antea Origenista fuisset; hinc istam accusationem non amplius audiam.*

## §. XIV.

*Collatio cum Troilo & Sergio.*

**E**odem die sub noctem Troilus Patricius & Sergius Eucratæ Aulæ Cæsareæ Præfectus ad S. Maximum venerunt, & postquam confedissent, & Abbatem quoque sedere jussissent, dixerunt: *Narra nobis, Domine Abba! Colloquia, quæ cum Pirro in Africa & Romæ habuisti, & quo pacto persuadere potueris, ut suam Doctrinam anathematizaret, & tuam amplecteretur.* S. Maximus omnia ordine retulit, quæ meminerat, & adjecit: *Non habeo Doctrinam particularem, sed est Doctrina communis Ecclesiæ Catholicæ.* Tum quæsierunt, quare cum Sede Constantinopolitana non communicaret. *Ideo non communico, inquit, quia Constantinopolitani recipiendo novem Articulos Alexandrinos, Ectesim Sergii, & Typum Indictione sexta promulgatum, quatuor Concilia rejecerunt, & quia novem Articulos recipiendo Ectesim damnarunt, & Ectesim recipiendo, Typum ab-*  
roga-



rogarunt. Itaque homines, toties a se ipsis damnati, a Romanis, & a Concilio Indictione octava celebrato depositi, quomodo Sacra Mystera celebrare, & quomodo ad ea Spiritum Sanctum adducere possint?

Sæculum VII  
A.C. 655.

Responderunt: Vis dicere: te solum salvandum esse, reliquos vero omnes damnandos. S. Maximus dixit: Neminem condemno, avertat Deus! sed mori malo, quam conscientiae stimulos sentire, quod a vera Fide vel latum unguem discesserim. Dixerunt: Quid autem facies, si Romani ad Fidem Byzantinorum redeant? Ecce enim Apocristarii Romani veri advenerunt. Crastino, die Dominico, cum Patriarcha communicabunt, & omnibus patebit, Romanos a te solo fuisse perversos, cum te absente jam nobis jungentur. Respondit: Hi, qui advenerunt, Sedi Romanæ nullatenus nocere possunt, etiamsi communicarent, quia ad Patriarcham nullas litteras attulerunt, nec adduci possum, ut credam, Romanos cum Byzantinis communicaturos, nisi hi in Jesu Christo duas Voluntates, & duas Operationes confiteantur. Verumtamen si Romani cum istis communicent, quid factururus es? S. Maximus: Spiritus S. per os Apostoli etiam Angelos anathematizat, si evangelizent, præterquam quod evangelizatum est. Hi Legati ab Eugenio Epist. Anast. Papa ad Coral.



Sæculum VII Papa missos fuisse, conjectura est, & o-  
A. C. 655. mnino eo adducti sunt, ut consentirent,  
 unam voluntatem præter duas (\*) esse  
 affirmandam.

Troilus & Sergius deinde ex S. Ma-  
 ximo quæsierunt: *Estne absolute ne-  
 cessarium in Jesu Christo plures Volun-  
 tates & plures Operationes confiteri?*  
*Necessarium est, respondit, si veram Re-  
 ligionem conservare velimus. Nullum  
 quippe Ens sine operatione sibi naturali  
 existere potest, & Patres clare docent,  
 nullam Naturam sine sua Operatione es-  
 sentiali cognosci posse. Responderunt:  
 Satis dispicimus, rem ita se habere. Sed  
 noli offendere Imperatorem, qui Typum  
 amore pacis edidit. S. Maximus hæns*  
 & in terram prostratus dixit: *Imperator  
 non debebat mihi irasci, nam permoveri  
 non possum, ut Deum offendam, & dis-  
 simulem, quæ Deus affirmari præcepit.*  
 Deinde demonstravit, neminem posse JE-  
 sum Christum perfectum Deum & ho-  
 minem confiteri, nisi duas Voluntates &  
 duas Operationes affirmet.

S. Maximus.

Post alia quædam dicta, quæ sibi ad-  
 modum placere significarunt, Sergius di-  
 xit:

(\*) Id capi vix potest, nisi forte quis dicat,  
 hos Legatos voluisse affirmare unam Volunta-  
 tem Divinam, alteram Humanam; & quia tamen  
 unus est volens, unam tertiam ex Divina & Hu-  
 mana resultantem.



xit: *Unum est, quo omnes affligimur, nempe, quod multos a Communione hujus Ecclesiae avertas.* S. Maximus respondit: *Estne aliquis, qui affirmet, me prohibuisse, ne cum Ecclesia Constantinopolitana communicet?* Sergius dixit: *Cum tu non communices, satis suades ceteris, non esse communicandum.* S. Maximus: *Conscientiae nostrae fortior vis est, quam cujuscunque periculi metus, vel spes solatii.*

Sæculum VII  
A. C. 655.

Quia vero dictum fuerat, Typum a toto Occidente anathematizari, Troilus dixit: *An factum viri eximii sit, de fama Imperatoris detrabere?* S. Maximus: *Ignoscat Deus illis, qui Imperatorem ad edendum Typum impulerunt, illisque, qui consenserunt! Qui sunt illi?* reposuit Troilus, S. Maximus respondit: *Viri Ecclesiastici impulerunt, & Senatores consenserunt, cujus facti probrum recidit in Imperatorem, innocentem, & ab omni Hæresi alienum. Sed jam isto Principem consilio juvate, suadete, ut faciat, quod Avus ejus felicitis memorie fecit.*

Tum narravit, qua ratione Heraclius Ectesim retractasset, quibus auditis, capita moventes, vocem aliquamdiu presserunt, & tandem dixerunt: *Utrinque obstacula occurrunt insuperabilia.* Et tunc quidem comiter data acceptaque salute discesserunt.

Sup. Lib.  
XXXVIII.  
§. 24.

Hist. Eccles. Tom. IX. P §. XV.



Sæculum VII  
A. C. 655.

§. XV.

*Quæstio secunda.*

Sequente die Sabbati S. Maximus & Anastasius Discipulus ejus iterum in Palatium perducuntur. Prior Anastasius in Triclinium ingredi jubetur, ubi duo Patriarchæ erant, scilicet Petrus Constantinopolitanus, & Macarius Patriarcha Titularis Antiochenus, Constantinopoli residens, & zelosissimus Monothelita. Introducuntur Constantinus & Menas, qui Maximum accusabant, & cogere Anastasium volebant, ut a se dicta confirmaret. At ipse constanter Senatoribus ingessit: *Constantinum in Aulam secretam Palatii introducitis? nec Presbyter est, nec Monachus, sed in spectaculis ludicris Tribunus. Notissimæ sunt in Africa & Romæ pellices, quas alebat, quando venit. Neminem fefellerunt mendacia, quibus infamiae cognitionem hominibus subtrahere satagebat; jam dicebat, esse sorores suas, jam se eas adduxisse, nec cum Ecclesia Constantinopolitana communicarent. Postquam Pecunias belluando consumpserit, & in locum, ubi ignotus sit, pervenerit, eandem haud dubie vita licentiam sectabitur. Quæsierunt ex Anastasio, an Typum anathematizasset. Id se fecisse fassus est, & postquam*



ad alias quasdam quæstiones respondisset, jubetur e Triclinio exire.

Sæculum VII  
A. C. 655.

Vocatur S. Maximus, ad quem Troilus: *Abba! edic, quod verum est, & Imperator miserebitur tui. Nam si Causam tuam secundum rigorem justitiæ examinaverimus, & vel unicus Articulus, in quo accuseris, probetur, leges ad mortem te damnant.* Respondit: *Dixi jam, & iterum dico, si vel unicus Articulus verus est, Satanus Deus est.* Sed facite, *Quæstio de S. Maximo.*  
*quod vobis lubet, fidei Dei Servo nihil nocere potest.* Troilus dixit: *An non Typum anathematizasti?* Respondit: *Sæpius tibi fassus sum, quod anathematizaverim.* Troilus: *Typum anathematizasti? ergo Imperatorem anathematizasti.* S. Maximus: *Imperatorem non anathematizavi, sed Scriptum Fidei Catholicæ contrarium.* Troilus: *Ubi hoc scriptum fuit anathematizatum?* S. Maximus: *In Concilio Romano in Ecclesia S. Salvatoris & in Ecclesia Matris Dei.* Tum Præfectus ad eum: *An cum Ecclesia hac communicas, vel non?* Respondit: *Non communico.* Præfectus: *Quare non?* S. Maximus: *Quia Concilia rejecit.* Troilus: *Quomodo ergo in Diptychis recitantur?* S. Maximus: *Quid profit nomina recitare, si Doctrina damnetur?* Troilus: *An, quod dicis demonstrare potes?*



Sæculum VII *tes? S. Maximus: Si loquendi libertatem datis, facillime demonstrabo.*  
A. C. 655.

Ad hæc omnes conticuerunt. Tum Sacellarius ad S. Maximum: *Quæ causa est, quod Romanos ames, & Græcos oderis?* Respondit: *Lex Divina vetat, quemquam odisse; amo Romanos, quia eandem Fidem teneo, & Græcos, eandem linguam loquens.* Sacellarius dixit: *Quot annos ætatis numeras?* Respondit: *Septuaginta quinque. Quanto tempore Discipulus tuus tecum est? annis triginta septem.* Hic Clericorum aliquis exclamavit: *Reddidit tibi Deus mala, quæ Beato Pirrbo intulisti.* Cui S. Maximus non respondit. Et duo Patriarchæ toto hujus colloquii tempore nullam vocem ediderunt. Sed cum de Concilio Romano mentio facta est, Demosthenes exclamavit: *Nullum est illud Concilium, quia ille, qui convocavit, depositus fuit!* S. Maximus: *Non fuit depositus, sed persecutionem passus est; quod enim Judicium juxta Leges & Canones celebratum, ut depositus haberi possit? & licet etiam canonicè depositus fuisset, nihilominus ea, quæ circa Fidem secundum Canones definita fuerunt, rata permanent, quia sunt consentanea illis, quæ Theodorus Papa Sanctæ Memoriam scripsit.* Tunc Troilus Patricius dixit: *Abba! nescis, quid dicas; factum infectum fieri nequit.*

§. XVI.



## §. XVI.

Sæculum VII  
A. C. 655.*Aliud Colloquium.*

His S. Maximus e triclinio discedere jubetur, & in carcerem reducitur. Verum in Die Pentecostes, decimo septimo Maji (ita enim & non decimo octavo legendum est) anno 655. Patriarcha ad S. Maximum misit, qui interrogarent in hunc modum: *Cujus Ecclesiæ, & Communionis es tu? An Byzantinæ, Romanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, Jerusalemitanæ? Ecce! omnes cum Provinciis sibi subjectis in pristinam concordiam redierunt. Ergo tu quoque redi, si Ecclesiæ Catholicæ membrum es; nisi feceris, ea sors forte te manet, quam non speras.* S. Maximus respondit: *Deus Matt. 16. 18. nos docuit, Ecclesiam Catholicam Confessione Fidei Orthodoxæ inniti, cum S. Petrum laudavit, quod eam confessus fuerit. Sed dicite mihi, in qua Confessione omnium Ecclesiarum concordia reducta sit, si bona est Confessio, non dissentiam.* Dixerunt: *Quamvis istud in mandatis non babeamus, nihilominus dicemus tibi, ut nullus tibi supersit tergiversationis prætextus. Confitemur duas Operationes, quia distinctæ sunt Naturæ, & unam Operationem, quia sunt unitæ.* S. Maximus reposuit: *Num dicitis per conjunctionem duarum Naturarum ex dua-*



Sæculum VII *bus Operationibus factam fuisse unam, vel*  
A. C. 655. *præter has duas dari aliam? Dixerunt:*

*Non est alia, sed duæ unam constituunt. Ergo, inquit S. Maximus, omnia destrui-  
 mus, dum Fidem fingimus, in qua nihil  
 solidum est, & talem Deum, qui non ex-  
 istit. Nam si ob conjunctionem duas O-  
 perationes in unam confundamus, & dein-  
 de eandem dividamus ob Naturarum di-  
 stinctionem, nec una erit, nec duæ Ope-  
 rationes; illa vero Persona, cujus esse de-  
 berent, non habebit Operationem, & quod  
 inde sequitur, nullam existentiam. Non  
 possum hoc confiteri, non istud a Patribus  
 didici. De me, ut lubet, decernite, pote-  
 statem habetis. Dixerunt: Audi nos,  
 tua enim plurimum interest; Imperator  
 & Patriarcha ex Mandato Papæ Roma-  
 ni (\*) statuerunt, nisi obedias, Anathe-  
 ma tibi dicere, & quo visum fuerit,  
 mortis genere contumacem punire. Re-  
 spondit: Quod Deus de me ante omnia  
 Sæcula decrevit, perficiatur! S. Maximus  
 altero die istud colloquium Anastasio Di-  
 scipulo suo perscripsit monens, ut fer-  
 ventius oraret, & ceteros, quid actum  
 fuisset, edoceret.*

Anastasio Epistolam habemus, quam  
 ad Monachos Calaritanos in Sardinia de-  
 dit,

(\*) Insigne Testimonium, Auctoritati Romani  
 Pontificis favens, ex ore Græcorum.



dit, ubi dicit: *Adversarii nostri, Do-* Sæculum VII  
A. C. 655.  
*ctrinam Patrum sequi pertinaciter nolen-*  
*tes, diversis opinionibus agitantur, &* p. 45.  
*postquam affirmarunt, nec unam nec duas*  
*Operationes esse admittendas, jam duas* Anastasio  
*& unam, id est, tres confitentur, quod* Epistola.  
*nec Patres nec Concilia docuerunt, quod*  
*lumini naturali repugnat, & quod nec*  
*veteres nec recentiores Hæretici unquam*  
*in medium attulerunt. Tum ostendit,*  
*quantum hæc Sententia a sana ratione*  
*abhorreat, & subjungit: Consensum a Le-*  
*gatis (\*) antiquæ Romæ extorserunt,*  
*jamque ita deceptos ad eum, unde vene-*  
*runt, remittunt (nempe ad Eugenium*  
*Papam) tum Anastasius prosequitur: Cum*  
*igitur Ecclesia Catholica & Apostolica*  
*fere tota periclitetur, rogamus, ut opem*  
*feratis; si aliter juvare nequeatis, ne-*  
*cessarium est, ut iter Romam, quæsito*  
*alio prætextu, suscipiatis, & viris piis*  
*atque constantibus, qui ibi sunt, & ma-*  
*gno vigore veritatem nobiscum defen-*  
*dunt, laborem jungatis. Inter viriles*  
*lacrymas rogabitis, ut Fidem Orthodo-*  
*xam rejecta omni innovatione conservent,*  
*& nihil approbent, nisi quod a Patribus*

P 4

&amp;

(\*) Notandum, hos Legatos, qui non nomi-  
 nantur, nullas teste S. Maximo, ut supra dictum,  
 attulisse ad Patriarcham litteras; & ideo re-  
 quisita Auctoritate fuisse destitutos.



Sæculum VII & Conciliis definitum fuit. Ita Anastasius sperabat, virtute Promissionis S. Petro factæ, semen Pietatis, ut ipse loquitur, saltem in Ecclesia Romana remanfurum.

p. 42.

p. 40.

Altero die, postquam S. Maximus fuisset interrogatus, Clerici Constantinopolitani congregantur, suadentque Imperatori, ut eum cum Discipulis suis, duobus Anastasis, exilio damnet. Ergo separantur, & in remotissimas a mari Regiones relegantur, ne cui amicorum accessus pateret. Omnes in Thraciam missi, S. Maximus in Arcem Bizyam, Anastasius Apocrisarius Selymbriam, & alter Anastasius in locum, qui dicebatur *Pemberus*, ultimum illius Provinciae angulum, ita ut si pauculos passus ulterius ambulasset, Imperii Romani limites fuisset transgressus. Expulsi sunt annona, vestibus, rebus omnibus ad vitam sustentandam necessariis spoliati.

Petrus Patriarcha Constantinopolitanus pro more ad S. Sedem misit Epistolam suam Synodicam, quæ continebat suæ Fidei Confessionem, sed obscuram, nam Doctrina de duabus Operationibus & duabus Voluntatibus in Jesu Christo dissimulabatur; hinc eam populus & Clerici Romani offensi, cum Papæ redderetur, in Ecclesia S. Mariæ Majoris Sacra facturo, magno tumultu rejecerunt, &



& Eugenium priusquam Missam celebra-  
ret, juramentum præstare coegerunt,  
nunquam recipiendi hanc Epistolam.

Sæculum VII  
A. C. 656.

§. XVII.

*Quæstio tertio habita de S. Maximo.*

Interim Constantinopoli mittuntur Man-  
datarii, scilicet Theodosius Episcopus  
Cæsariensis in Bithynia, nomine Patriar-  
chæ, & Paulus atque Theodosius Con-  
sules nomine Imperatoris, ad habendam  
quæstionem de S. Maximo in loco exilii  
sui. Hi postquam Bizyam vigesimo quar-  
to Aug. Indictione decima quarta anno  
656. pervenerunt, præmissis piis sermo-  
nibus Theodosius Episcopus ad S. Maxi-  
mum dixit: *Imperator & Patriarcha ex  
te scire desiderant, quare cum Sede Con-  
stantinopolitana non communices.* S. Ma-  
ximus respondit: *Habetisne Mandata  
scripta Imperatoris vel Patriarchæ?*  
Theodosius reposuit: *Non merebamur,  
Domine! tibi suspecti esse. Ut sim mi-  
serrimus, Episcopi tamen nomen gero,  
& bi Domini Senatoria Dignitate emi-  
nent. Non venimus, insidias tibi stru-  
cturi, quod Deus nolit!* S. Maximus re-  
spondit: *Quocumque demum consilio ve-  
neritis, liberrime dicam omnia, quæ pe-  
titis, quamvis hæc jam prius tam bene  
sciatis, ut nec ego ipse melius.*

Act. S. Ma-  
ximi. to. 1. p.  
44. & to. 6.  
Conc. p. 471.  
n. 3.



Sæculum VII  
A.C. 656.

*Nota vobis est nova Doctrina tempore Indictionis sextæ in Cyclo præterito (nempe anno 633.) exorta, quæ Alexandria a novem Cyri Articulis originem duxit, & a Sede Constantinopolitana approbata est. Scitis, quæ deinde a Patriarchis Sergio, Pirrho, & Paulo in suis Conciliis circa Fidem antiquam mutatum fuerit. Hæc est causa, quod cum Ecclesia Constantinopolitana non communicem. Auferantur hæc scandala, & date, ut in via trita Evangelii incedere possim, qualem inveni; incedam, nec mihi Dux nec Monitor opus erit. Ad hæc Theodosius: Quid igitur mali docemus?*

*S. Maximus respondit: Quia dicitis, unam esse in Jesu Christo Divinitatis & Humanitatis Operationem, Doctrinam Trinitatis & Incarnationis confunditis; nam docent Patres, id quod habet unam Operationem, esse unius Naturæ, & quod nullam Operationem habet, nihil esse. Id illis demonstravit pluribus argumentis, ferme iisdem, quæ in Colloquio cum Pirrho adhibuerat.*

*Sup. Lib.  
XXXVIII.  
§. 42.*

*Deinde Theodosius dixit: Quod factum est suadente Discretione, tanquam certo Definitum accipere non debes. S. Maximus: Si Typus, qui vetat ullam Voluntatem vel Operationem Domino Nostro tribuere, non est certa Definitio, cur ergo me probrose Nationibus barba-*

*ris*



vis & infidelibus tradidistis? cur damna-  
 ti sumus? cur socii mei, alter Selymbria, Sæculum VII  
A. C. 656.  
 alter Perberi tabescere coguntur? Theo-  
 dosius dixit: Testor Deum, Judicem  
 meum, quando editus fuit Typus, dixi,  
 & ad buccum dico; male factum, & in  
 ruinam multorum! sed prætextus fuit,  
 ita lites Catholicorum de Voluntatibus &  
 Operationibus sopiri posse. (\*) S. Ma-  
 ximus: Quis Fidelium recipere possit sub  
 moderationis specie Edictum, supprimens  
 verba Apostolorum, Prophetarum & Do-  
 ctorum, ab ipso Deo missorum, quibus  
 dixit: Qui recipit vos, me recipit, & Matt. 10. 40.  
 qui vos rejicit, me rejicit? Diabolus  
 quoque falsos suos Apostolos, falsos Pro-  
 phetas, & falsos Doctores habet, nem-  
 pe Hæreticos. Sicut ille, qui veros A-  
 postolos recipit, Deum recipit, ita econ-  
 tra qui falsos recipit, Diabolum recipit.  
 Ergo quio Sanctos unacum Hæreticis re-  
 jicit (sit dictis venia, quia veritatem lo-  
 quor) Deum unacum Diabolo rejicit.  
 Quamobrem cavete, ne sub specie pacis in  
 Apostasiam labamur, quæ secundum Apo-  
 stolum, Antichristum præcedet. Mentem  
 meam vobis sincerissime aperio, Domini  
 mei!

(\*) Hæc aliquam affinitatem habent cum Edi-  
 ctis Regis Franciæ, silentium imperantis utrique  
 parti de Bulla Unigenitus litigantium. At in his  
 Edictis nihil affirmatur, quod Fidem destruat.



Sæculum VII mei! ut vestri nostrique commiseratio  
 A. C. 656. vos moveat. Cumque hæc intima animi  
 mei sensa sint, compellere vultis, ut com-  
 municem cum Ecclesia, in qua docetur  
 contrarium? custodiat me Salvator meus!  
 & in genua demissus dixit: Ego vero,  
 quidquid mihi feceritis, nunquam move-  
 ri me sinam, ut cum illis communicem,  
 qui ejusmodi Doctrinam recipiunt.

S. Maximus  
 in exilio.

Mandatarii tanta viri constantia con-  
 sternati demissis capitibus diu vocem  
 prefferunt. Tandem Theodosius Epis-  
 copus erectus, & S. Maximum intuens  
 dixit: *Vades nos habe pro Imperatore,*  
*eum, si nobiscum communices, Typum ab-*  
*rogaturum.* S. Maximus reposuit: *Ad-*  
*bucdum multum distamus. Quid dicen-*  
*dum de Doctrina* (hic ei sermo erat de  
 Ecclési) *unius Voluntatis, quam in suis*  
*Conciliis Sergius & Pirrbus ad tollen-*  
*dam omnem Operationem confirmarunt?*  
 Theodosius respondit: *Illud Edictum*  
*rejectum fuit.* S. Maximus: *Ablatum*  
*est, quod pendebat e muro lapideo, sed*  
*Doctrina cordibus hæret. Recipiatur*  
*Damnatio Canonice in Concilio Romano*  
*pronunciata; tunc corruet paries, qui*  
*nos separat, & non amplius opus erit*  
*exhortationibus, ultro communicabimus.*  
 Theodosius: *Concilio Romano valor deest,*  
*sine Mandatis Imperatoris celebrato.* S.  
 Maximus: *Si Mandata Imperatorum*  
 Conci-



IX.

Conciliis Auctoritatem tribuunt, sequi-  
 tur, recipienda esse illa Concilia, quæ  
 Imperatores contra vocem: Consubstan-  
 tialis, celebrari iusserunt, scilicet Ty-  
 riense, Antiochenum, Seleuciense, Con-  
 stantinopolitanum sub Eudoxio Ariano,  
 Niceum in Thracia, Sirmiense, & post  
 longum temporis spatium Ephesinum se-  
 cundum, cui Dioscorus præfuit; nam  
 omnia ista Concilia iubentibus Imperato-  
 ribus celebrata fuere, & nihilominus o-  
 mnia, quod impia dogmata defendant,  
 damnata sunt. Cur non etiam rejicitis  
 Concilium, in quo Paulus Sannofatenus  
 sub Dionysio Papa & Dionysio Alexan-  
 drino depositus fuit, & cui S. Gregorius  
 Thaumaturgus præfuit? Nam jussu Im-  
 peratoris non fuit convocatum. Ubi est  
 ille Canon prohibens, ne Concilia sine  
 Mandatis Imperatoris celebrata appro-  
 bentur, aut præcipiens, ut ad ipsius Man-  
 data convocentur? (\*) Scitis, quod Ca-  
 nones præcipiant, in qualibet Provincia  
 bis in anno Synodos celebrari, & nullam  
 de Mandatis Imperatoris mentionem fa-  
 ciant. Verum dicis, inquit Theodosius,  
 sana Doctrina causa est, cur Concilia ap-  
 probentur. Sed edic! an non recipis lit-  
 teras

Sæculum VII  
 A. C. 656.  
 Sup. L. XI.  
 §. 48. L. XII.  
 §. 10. Lib.  
 XIV. §. 15.  
 21. 13. Lib.  
 XIII. §. 6.  
 L. XXVII.  
 §. 38.  
 L. VIII. §. 1.  
 5. Can. Nic.  
 Sup. L. XI.  
 §. 20.  
 n. 13.

(\*) Quid ad hæc S. Maximi argumenta Pro-  
 testans, affirmans Imperatoris fuisse convocare &  
 præesse Concilijs, respondeat?



Sæculum VIIteras Mennæ, ubi unam Voluntatem & A. C. 656. unam Operationem in Jesu Christo docet? S. Maximus: *Avertat Deus! vos rejicitis omnes Doctores, qui a tempore Concilii Calcedonensis extiterunt, & adversus errorem Severi pugnarunt, & ego recipiam Libellum Mennæ, Concilio posterioris, atque Severo, Apollinari, Macedonio, Ario, omnibus Hæreticis aperte faventis, & Concilium damnantis?* Theodosius: *Itane! unicam esse Operationem non admittis?* S. Maximus: *Et quis ex Doctoribus probatis unicam defendit?* Hic Theodosius confictos Textus Julii Papæ, S. Gregorii Thavmaturgi, & S. Athanasii protulit, & recitavit. S. Maximus: *Deum timeamus & cavemus, ne iram ejus in nos provocemus adducendo Textus Hæreticos! nemo ignorat, hos esse Apollinaris. Si alios habes, recita.* Theodosius duos alios exhibuit sub nomine S. Chrysoctomi, quibus perlectis S. Maximus dixit, esse Textus Nestorii. Illico Theodosius vultu ira exardente dixit: *Domine Monache! Satanas tuo ore loquitur.* S. Maximus: *Absit iracundia, Domine!* Simul ei ipsa illa verba in Nestorio ostendit.

Theodosius dixit: *Deus mihi testis est, Frater mi! quod hos Textus a Patriarcha acceperim, & tu dicis, quod alii Apollinaris, alii Nestorii sint.* Deinde pro-



protulit alium S. Cyrilli, qui unam Ope-  
 rationem affirmare videbatur; quo lecto Sæculum VII  
A. C. 656.

S. Maximus dixit: *Aliqui probant, esse  
 Additionem Timothei Eluri. Sed de-  
 mus esse S. Cyrilli, & sensum examine-  
 mus.* Theodosius: *Id tibi vero non con-  
 cedo, recipiendus est tibi Textus, ut so-  
 nat. Novas nobis tradis Regulas, inquit  
 S. Maximus, si verba Scripturæ & Pa-  
 trum examini subicere prohibes.* Tum  
 ex ipsa S. Scriptura Theodosium convi-  
 cit; necessario esse examinandam, ut  
 sensum capere valeamus, & non soli lit-  
 teræ cum Judæis inhæreamus.

§. XVIII.

*Pactum cum S. Maximo.*

Cum deinde amplius de duabus Vo-  
 luntatibus & duabus Operationibus  
 disputassent, Theodosius Episcopus eo  
 compulsus est, ut affirmaret; in Patribus  
 legi, *Unam Voluntatem & aliam, Di-  
 vinam & Humanam, duplicem Volunta-  
 tem, sed non, duas Voluntates.* S. Ma-  
 ximus respondit: *Per Deum! si quis di-  
 cat, unam & alteram, Divinam & Hu-  
 manam, seu duplicem, quot concipis Vo-  
 luntates, unam vel duas?* Theodosius di-  
 xit: *Scio, quid concipiam, sed non dico  
 esse duas.* S. Maximus ad Consules ver-  
 sus dixit: *Per Dei nomen! si quem dice-  
 re audiat; unam & unam, seu unam &  
 alteram*

n. 16.



Seculum VII  
A. C. 656. *alteram, seu bis duo, aut bis quinque, quis  
 conceptus in intellectu vestro bis vocibus  
 respondet? Responderunt: Quia adjuva-  
 sti nos, dicimus, quod per voces unam &  
 unam, seu unam & alteram, duas concipi-  
 amus, sicut etiam per bis duo, quatuor,  
 & per bis quinque, decem. Theodosius  
 audita hac responsione erubescens dixit:  
 Non affirmo, quæ Patres non affirmarunt.  
 Tum S. Maximus arrepto Libro Actorum  
 Concilii Romani ostendit, Patres duas  
 Voluntates & duas Operationes claris-  
 sime affirmare. Ipse Theodosius Con-  
 sul accepto libro Textus legit. Inde  
 Theodosius Episcopus dixit: Testor  
 Deum! si hoc Concilium Personas non da-  
 mnasset, nemo me prius illud recepisset.  
 Ne vero hic frustra bonas horas perda-  
 mus; ego affirmo, quod Patres affirma-  
 runt, & paratus sum, illico datis litte-  
 ris duas Naturas, duas Voluntates, duas  
 Operationes confiteri. Veni communica  
 nobiscum. Confirmemus concordiam.*

n. 17.

*S. Maximus dixit: Domine! meum  
 non est, simplicis Monachi, in re tanta  
 consensum tuum scriptum recipere; sed  
 si revera Deus cor tuum convertit, mit-  
 te Romam secundum Canones, id est, Im-  
 perator & Patriarcha cum Synodo sua  
 Legatos mittant. Nam communicare  
 non possum cum Ecclesia, quæ in Sancto  
 Sacrificio nomina Virorum condemnato-  
 rum*



rum commemorat, & impossibile est, ut Sæculum VII  
 mortui absolvantur. Theodosius Epis- A.C. 656.

copus dixit: *Fiet, sed volo, ut mihi promittas, te, si ego mittor, profectiois socium futurum.* S. Maximus: *Domine! melius in rem tuam facies, si Fratrem meum, qui Selymbriæ est, accipias* (hic erat Anastasius Apocrisarius) *nam linguæ illorum gnarus est, & Romani eum magni faciunt, quia tam longo tempore pro Fide persecutionem patitur.* Theodosius: *Languet inter me & ipsum amicitia, nec grata mihi erit ejus societas.* S. Maximus: *Domine! cum ita jubeas, sequar te, quocunque volueris.* His cuncti inter obortas lacrymas confurgunt. Mox genibus flexis orarunt, tumque singuli Evangelium, Crucem, Imaginem Jesu Christi, & Imaginem Virginis osculati, eadem manibus suis ad ea, quæ promissa fuerant, confirmanda tetigerunt. Postea Theodosio petenti, ut sibi quædam dubia adhucdum inhærentia solveret, S. Maximus solide demonstravit, quam absurda ex Doctrina de una Voluntate & una Operatione sequantur, eique Methodo omnino Theologica duarum Naturarum in Incarnatione conjunctionem explanavit.

Theodosius Episcopus jam discessurus dedit ipsi modicas pecunias ab amicis transmissas, & vestes duas, quarum

n. 23.

*Hist. Eccles. Tom. IX.*

Q alte



Sæculum VII alteram Episcopus Bizyensis illico sibi ac  
 A. C. 656. cepit.

## §. XIX.

*Concordia soluta.*

- #. 24. Die octavo mensis sequentis Sept. In-  
 dictione decima quinta ineunte, eo-  
 dem anno 656. Paulus Consul Bizyam  
 venit, afferens mandatum Imperatoris  
 ad S. Maximum directum, quo ad Mo-  
 nasterium S. Theodori Regiensis prope  
 Constantinopolim deferri jubebatur, at-  
 que Paulus abrupta omni mora cum vi-  
 ro Sancto viam relegit. Quamvis vero  
 Cæsareo mandato cautum esset, ut S. Ma-  
 ximo in itinere conveniens honor exhi-  
 beretur, & cura omnis adhiberetur, tum  
 ob senectutis reverentiam & corporis in-  
 firmitatem, tum quod olim maxima fuis-  
 set viri hujus in Aula Cæsarea Dignitas,  
 nihilominus ubi Regium pervenit, pecu-  
 nias valde modicas, quas elemosynæ  
 nomine acceperat, vestes & reliqua de  
 paupere supellectile ei abripuerunt. De-  
 cimo tertio Septembris in Vigilia Exalta-  
 tionis S. Crucis, Epiphanius & Troilus  
 Patricii cum Episcopo Theodosio, mul-  
 tis aliis comitantibus ad Monasterium de-  
 lati, conscenso in Ecclesia suggestu, post  
 solemnia humanitatis verba federunt,  
 & S. Maximum quoque in proxima sella  
 acquiescere jusserunt. Tum Troilus  
 Patri-

#. 25.



Patricius profatus inquit. *Huc nos mi-* Sæculum VII  
A. C. 656.  
*fit Imperator, ut tibi ejus Mandata expo-*  
*neremus. Sed inprimis edic nobis, an*  
*imperata facturus sis. S. Maximus di-*  
*xit: Domine! fac ut sciam Cæsareæ Ma-*  
*jestatis Mandata, tum respondebo. Cum*  
*vero instarent, & oculis verbisque satis*  
*significarent, quod hac cunctatione of-*  
*fenderentur, dixit: Profiteor coram Deo*  
*& Angelis ejus! quæcunque mihi præce-*  
*perit Imperator pertinentia ad causas bu-*  
*jus Mundi, & res unacum ipso brevi pe-*  
*rituras, lubenti animo exequar. Hoc*  
*audito Troilus surgens dixit: Orate pro*  
*me. Abeo; nihil agitis cum isto viro.*  
*Exoritur strepitus & magnus tumultus;*  
*at Theodosius Episcopus dixit: Aperite*  
*ei Imperatoris Responsum, & audite, quid*  
*reponat; ita enim abire, priusquam, quid*  
*velis, explicaveris, & respondentem au-*  
*dieris, a sana ratione alienum est. Epi-*  
*phanus Patricius dixit: Hæc sunt, quæ*  
*tibi significari Imperator jussit; quia*  
*totus Occidens, & illi omnes, qui in O-*  
*riente seduæti fuere, oculos in te conji-*  
*ciunt, cupio, ut nobiscum secundum Do-*  
*ctrinam Typi communices, si consentis,*  
*ibimus nos ipsi Calcem, salutem tibi di-*  
*cturi, manus jungemus, in magnam Ec-*  
*clesiam te deducemus. Tecum Corpus &*  
*Sanguinem Jesu Christi accipiemus, &*  
*te Patrem nostrum venerabimur. Certo*  
Q 2 *enim*



*Sæculum VII enim scimus, omnes, qui se ab Ecclesia  
A. C. 656. Constantinopolitana separarunt, si tu com-  
municaveris, esse redituros.*

S. Maximi  
Acta.

Tum S. Maximus ad Theodosium Episcopum conversus, perfususque lacrymis dixit: *Domine! omnes extremum Judicii diem expectamus. Tu scis, quid sancta Evangelia, sanctam Crucem, Imaginem Domini Nostri & sanctæ Matris ejus tangentes mihi promiseritis.* Episcopus demisso vultu & voce perturbata dixit: *Quid ego possum, si Imperatori alia opinio sedeat?* S. Maximus: *Quare ergo Sacra Evangelia manu tetigistis, tu, & omnes qui tecum aderant, si potestas vobis non erat faciendi, quæ promittebatis? Porro nihil certius, quam me nunquam adduci posse, ut faciam, quod petitis, etiamsi omnes Cælestes Potestates id mihi persuadere adniterentur; quomodo enim rationem reddere possem, non dicam Deo, sed conscientiæ meæ, si Fidem abjurarem ad captandam hominum laudem, qua in orbe terrarum nihil magis inane & vanum reperitur? Ad hæc verba furore accensi e sedibus suis exsilire, Virum Sanctum raptare, barbam evellere, pugnos impingere, sputis a calce usque ad verticem fœdare, ita ut fœtor, quam conspurcæ vestes emittebant, tolerari non posset, donec sedulo lavatæ fuissent.*

Confur-



Confurgens etiam Episcopus, dixit: Sæculum VII  
Non decuit causam istam ita tractari. A. C. 656.  
*Audienda erat viri responsio, & ad Im-*  
*peratorem deferenda. Non hic est modus*  
*transigendi res Ecclesiasticas. Hæc lo-*  
*quens vix satis frementes cohibuit, com-*  
*pulitque, ut iterum considerent. At non*  
*deserunt, Abbatem verbis contumelio-*  
*sis insectari, & incredibili rabie omnibus*  
*diris devovere. Dicebat Epiphanius,*  
*furore ardens, Edic! miserrime Sene-*  
*cio! an nos, & Civitatem Constantino-*  
*politana, & Imperatorem Hæreticos*  
*esse existimas? Christiani & Orthodoxi*  
*sumus, te longe meliores. Confitemur,*  
*Dominum Nostrum habere unam Volun-*  
*tatem Divinam & unam Humanam. Et*  
*omnem Naturam, intellectu præditam, ha-*  
*bere Voluntatem & Operationem. De-*  
*nique duas Voluntates & duas Operatio-*  
*nes non negamus.*

S. Maximus respondit: *Si creditis,*  
*quod credit Ecclesia, quare me vultis adi-*  
*gere ad recipiendum Typum, qui ad hanc*  
*Fidem destruendam tendit? Epiphanius*  
*dixit: Editus est Typus, ut daretur ali-*  
*quid simplicitati populi, quem subtilibus*  
*quæstionibus turbari non expedit. Imo,*  
*inquit S. Maximus, omnis conditionis ho-*  
*mines melius exemplo nostro firmantur,*  
*si Fidem exacte consiteamur. Deinde*  
*Troilus: In corde tuo crede, quod vis;*

Q 3                      nihil



Sæculum VII *nihil obstat.* S. Maximus: *Noluit Deus,*  
 A. C. 656. *ut omnia ad Salutem necessaria in cordi-*

*bus nostris inclusa laterent, sed dixit:*  
 Matt. 10. 32. *Qui confitebitur me coram hominibus, con-*  
*fitetur & ego eum coram Patre meo.*

Rom. 10. 10. *Et Apostolus: Corde creditur ad Justi-*  
*tiam, ore autem confessio fit ad Salutem.*

n. 29. Tum Epiphanius vocis sono acutissimo  
 quæsit: *An & tu subscripsisti Libello?*  
 (nempe Concilii Romani Decreto) S. Ma-  
 ximus: *Ita est. Subscripsi.* Epiphanius:  
*Quo pacto autem ausus es anathematizare*  
*viros, Fidem totius Ecclesiæ tenentes?*  
*nihil certius futurum, si meum suffra-*  
*gium valeat; in plateas Civitatis cir-*  
*cumduceris, medio in foro columnæ alliga-*  
*beris, convocabuntur Circulatores, Mi-*  
*mæ & cunctis notissimæ Meretriculæ cum*  
*face plebis, quæ tibi colaphos incutiant,*  
*& in faciem expuant. In hæc omnia*  
*consentio, respondit S. Maximus, si ve-*  
*rum sit, quod nos anathematizaverimus*  
*homines, duas Voluntates & duas Opera-*  
*tiones confitentes. Lege Acta, Domine!*  
*& Decretum, & si inveneris, quod ibi*  
*contineri dicis, fac, quod placebit. Di-*  
*xerunt: Si homini isti amplius aures da-*  
*mus, sitis & fames ferenda erit. Eamus*  
*pransum; postea in Palatium nos confe-*  
*remus, relaturi, quod audivimus. Homo*  
*iste se ipsum Satanæ addixit. His ex-*  
*eunt; at prius ad S. Maximum dixerant:*  
*Duos*



Duos quoque Discipulos tuos accersemus, <sup>Sæculum VII</sup>  
 examinabimus, & quid ipsis faciendum, A. C. 656.  
 videbimus. Id vero scias, Domine Ab-  
 ba! si a bello cum Infidelibus respirare li-  
 cuerit, per Sanctam Trinitatem, te &  
 Papam, qui sibi multa arrogat, omnes ce-  
 teros in illa Regione garrulos, cunctos a-  
 lios Discipulos tuos nullo discrimine ha-  
 bebimus; singuli pro gravitate reatus,  
 sicut Martinus vester, pœnas dabit.

§. XX.

*S. Maximus secundo exul.*

Altero die decimo quarto Sept. in Festo  
 Crucis exaltatæ, Theodosius Consul  
 mane ad S. Maximum venit, & postquam  
 eum omnibus rebus, quas habebat, spo-  
 liasset, nomine Imperatoris dixit: *Quia*  
*oblatus tibi honores respuisti, iis priva-*  
*beris. Ito in locum, quo te ipsum cum*  
*duobus sociis tuis dignum judicasti.* His  
 dictis Theodosius Consul S. Maximum  
 tradit militibus, qui captivum Selym-  
 briam deduxerunt. Ibi biduo morati  
 sunt, donec unus militum perrexisset ad  
 castra & ad irritandos contra S. Maximum  
 commilitonum animos dixisset: *Ecce Mo-*  
*nachus in Matrem Dei blasphemus veniet.*  
 Miles hic, reversus Selymbriam, San-  
 ctum Virum deduxit ad exercitum; at  
 Præfectus, vir Deum timens, Cohortium  
 Duces, Vexilliferos, Presbyteros & Dia-

n. 30.

Q 4

conos



Sæculum VII conos misit excepturos venientem Ab-  
A. C. 656. batem, quos conspiciens flexit genua ad  
 orandum. Illi quoque se demiserunt in  
 genua; tumque confidentes, cum etiam  
 S. Senem, ut consideret, invitassent, Vir  
 quidam Senio venerabilis comiter S. Ab-  
 batem affatus dixit: *Pater mi! retule-  
 runt aliquid de te, quod nobis scandalo est,  
 scilicet te S. Virginem, Matrem Dei, non  
 appellare. Hinc adjuro te per S. Trini-  
 tatem, ut nobis, quod res est, dicas, ne  
 scandalizemur immerito.* S. Maximus,  
 postquam flexisset genua, surrexit, & e-  
 tensis in Cælum manibus inter fluentes  
 lacrymas dixit: *Quicumque non dicit,  
 Dominam Nostram, Sanctissimam Vir-  
 ginem, vere fuisse Matrem Dei, Crea-  
 toris Cæli & Terræ, Anathema sit in  
 nomine Patris, Filii & Spiritus S. &  
 omnium Virtutum Cælestium & Aposto-  
 lorum, Prophetarum, Martyrum & om-  
 nium Sanctorum, nunc & semper, & per  
 omnia Sæcula Sæculorum. AMEN.*  
 Quibus perceptis adstantes inter obortas  
 lacrymas dixerunt: *Pater mi! Deus tibi  
 det robur animi, quo cursum tuum felici-  
 ter consumes.* Iphis deinde pios Sermo-  
 nes miscentibus & militibus confertim ad  
 auscultandum confluentibus, Pratoriano-  
 rum aliquis, cum videret crescere accu-  
 rentium numerum, audiretque indi-  
 gnantes crudelitatem, qua S. Senex ha-  
 bere-



beretur, Abbatem comprehendi, & in lo-  
cum duobus millibus a castris remotum Sæculum VII  
deferri iussit, donec Perberum deduce- A. C. 656.  
retur. Clerici Castrenses pedibus Senem  
illo secuti, valedicentes, eundem mani-  
bus suis equo imposuerunt. Ipse Perbe-  
rum deducitur, & carceri traditur.

Post hæc omnia cum S. Maximus cum  
Discipulo suo Anastasio Monacho Con- n. 33.  
stantinopolim denuo fuisset perductus,  
Concilio adversus eos convocato, ambo  
ipsi & etiam S. Martinus Papa, S. Sophro-  
nius Jerosolymitanus, & omnes eorum  
Sectatores, uno verbo, omnes Catholici  
anathematizati. Tum alter quoque A-  
nastasius introducitur, anathematizatur,  
atque Concilium Senatusque utraque Au-  
thoritate conjuncta in eos tres unam sen-  
tentiam pronunciant, hujus tenoris: *Sen-  
tentia Canonica in vos lata, restabat,  
ut ob impietatem vestram Legum rigo-  
ri subjiceremini, quamvis crimina ve-  
stra pænis omnibus de Jure statutis ma-  
jora sint; nihilominus graviolem vindi-  
ctam illi relinquentes, qui Justus Judex  
est, & Legum rigorem relaxantes, vo-  
bis vitæ gratiam facimus, jubemusque,  
ut Præfectus hic præsens vos illico in Præ-  
torium perducatur, terga vestra bubulis  
diverberentur, a radice evellatur lingua,  
qua blasphemias protulistis, & amputetur  
dextra, qua scripsistis.* Tum per duode-

Q 5

cim



Sæculum VII *cim* *hujus* *Civitatis* *Regiones* *circumdu-*  
A. C. 656. *camini, perpetuo exilio & carceri damne-*  
*mini, ubi reliquo vitæ tempore peccata*  
*vestra defleatis.* Hæc Sententia protinus  
 executioni data est. Præfectus Maxi-  
 mum & duos Anastasios corripit, cæ-  
 duntur, lingua radicitus exciditur, ma-  
 nu dextra truncantur, per totam Urbem  
 Constantinopolitanam ambulare cogun-  
 tur, & in Regionem Laziorum Exilii lo-  
 cum deportantur.

## §. XXI.

*Concilium Toletanum decimum.*

to. 6. p. 459.

In Hispania eodem anno 656. Revesuin-  
 ti Regis octavo, Æra 694. Concilium  
 anno superiore denunciatum, uno mense  
 serius, id est, primo die Dec. convoca-  
 tum est. Inter Concilia Toletana deci-  
 mum locum obtinet, & septem Canones  
 conditi. In primo dicitur, Festum Vir-  
 ginis, nempe Annunciationis, in Ecclesiis  
 Hispaniæ diversis diebus fuisse celebra-  
 tum, & additur, non esse celebrandum  
 die proprio, quod ille in Quadragesimam  
 vel in Festa Paschalia incidat; sed statui-  
 tur, ut hoc Festum octavo die ante Festa  
 Natalitia, id est, decimo octavo Dec. figa-  
 tur. In secundo Canone Depositione  
 puniri jubentur Episcopi, & Clerici, qui  
 juramentum ad præstandam securitatem  
 Principi vel Reipublicæ editum violave-  
 rint;



rint; relinquatur tamen Principi libertas Sæculum VII  
 reis veniam concedendi. In illis Statu- A. C. 656.  
 tis id quoque dispicitur, Nomen Religio- Sup. Lib.  
 si omnes viros Deo Sacros tam Episco- XXXVII.  
 pos quam Clericos complexum fuisse. §. 49.

Episcopi, sub pœna Excommunica- can. 3.  
 tionis ad unum annum, propinquis suis  
 aut amicis redditus Parochiarum aut Mo-

nafteriorum non concedant. Viduæ ali- c. 4.  
 quæ, Deo consecratæ mutato proposito  
 more aliarum vivere volebant; hinc præ-

cipitur, ut impostero dato libello pro-  
 fiterentur coram Episcopo; vel ejus Mi-  
 nistro, qui eis habitum daret. Item ca-  
 put pallio nigri vel violacei coloris tege-  
 re jubentur. S. Chrysostomus quoque v. Chryf.  
 ejusmodi pallium nigrum, de vestitu Vir-  
 ginum suæ ætatis loquens, commemorat. hom. 8. in  
 Deinde Concilium Toletanum præcipit; 1. Tim. 2. 9.  
 quæ viduarum habitum, postquam eum c. 5.  
 aliquando gestaverint, deponunt, excom-

municentur, & ad reliquos vitæ dies in  
 Monasteriis includantur. Infantibus, c. 6.  
 quos Parentes Monasteriis obtulerunt, ad

Sæculum redire non liceat; sed eos Pa-  
 rentes sui, si decennio majores fuerint,  
 offerre nequeant. Hunc usum supra in Sup. Lib.  
 Regula S. Benedicti adnotavimus. XXXII.  
 Tandem non liceat, mancipia Christiana Ju- §. 19.  
 dæis vendere; quod crimen multo ma-

gis vituperatur in Clericis, quorum esset,  
 ejusmodi mancipia etiam caro redimere.

Hujus



Sæculum VII

A. C. 656.

Hujus Concilii Patribus Epistola Potamii Archiepiscopi Bracarenfis reddita est, in qua se reum fatebatur, quod peccasset cum muliere. Patres Archiepiscopum in Concilium introduci jubent, ostendunt ei suam Scripturam, interrogant, an cognoscat, rursusque, an hæc ipsius confessio libera esset & vera. Id ipse juramento affirmavit, & inter largos fletus edixit, se a mensibus ferme novem, Ecclesiæ suæ Regimine sponte abdicato, carcerem ad agendam pœnitentiam subiisse. Secundum Canones deponendus fuisset; at Patres misericordia moti, eundem, conservato Episcopi nomine, ad perpetuam pœnitentiam damnarunt; Ecclesia vero Bracarenfis Auctoritate Concilii Fructuoso Episcopo Dumienfi data est, sive ille, ab una Sede ad aliam translatus, sive duæ Sedes unitæ fuerint; nam Civitas Dumienfis tribus millibus tantum seu una Leuca a Bracarenfi distita paucos Episcopos proprios habuit.

Sequitur aliud Decretum, quo Concilium Acta Testamenti Ricimeri Episcopi Dumienfis, Testamento S. Martini Antecessoris ejus contraria, & Ecclesiæ suæ noxia irritat. His Decretis primo Dec. anno Regis Recesuinti octavo, id est, 656. datis subscripserunt Episcopi viginti, quorum primi tres Metropolitana Dignitate fulgebant, nempe Eugenius Toletanus,  
Fugi-



Fugitivus Hispalensis, antea Abbas, & Sæculum VII  
 Fructuosus Bracarenfis. Præterea Epis- A. C. 656.  
 coporum absentium Legati quinque ad-  
 erant.

## §. XXII.

*S. Fructuosus Bracarenfis.*

Sanctus Fructuosus Regali progenie or- *Act. Ben. to.*  
 tus, filius Belliducis, plurimum in Ter- *2. p. 581.*  
 ritorio Vireziensi inter montes Legionis  
 & Gallæciæ commorantis, cum, adhuc  
 puerulus, esset apud Patrem, qui forte  
 tunc pecus numerabat, loca magis aspe-  
 ra & horrida oculis notabat, cogitabat-  
 que in iis aliquando Monasteria fundare.  
 Parentibus vita functis, a Conantio seu  
 Tonatio, qui Episcopus Palentinus fuisse  
 creditur, Tonfuram accepit, & ad vitæ  
 Sanctitatem informatus Bona sua in Ec-  
 clesias, pauperes, mancipia, quæ manu-  
 mittebat, sparsit; majorem vero partem  
 impendit fundando Monasterio Complu-  
 tum nominato, quia dedicatum erat SS.  
 Justo & Pastori illius Civitatis Martyri-  
 bus, etsi illa Civitas a Monasterio longe  
 distaret. Illic igitur magnam Congre-  
 gationem instituit; cum vero hominum  
 ad se invisentium multitudinē fatigare-  
 tur, alio Abbate illis Monachis præfecto,  
 in eremum se abdidit. In diversis locis,  
 tribus præterea Monasteriis conditis, suæ  
 Disciplinæ sponte subjectos habuit Viros  
 nobiles,



Sæculum VII nobiles, & olim in Aula Regis præcipuis  
A. C. 656. Dignitatibus insignes, quorum multi  
 deinde ex hac schola ad Episcopatus a-  
 picem evecti sunt.

Cum S. Fructuosus quartum quoque  
 Monasterium in Insula Gaditana, & quin-  
 tum in Ora vicina, loco, qui *Nona* dice-  
 batur, quia novem millibus a mari dista-  
 bat, fundasset, ad ea tanto numero No-  
 vitii convolarunt, ut Præfectus Provin-  
 ciæ, veritus, ne viri ad militiam, & ob-  
 cunda Reipublicæ munia essent defutu-  
 ri, hanc rem datis litteris ad Regem de-  
 ferendam putaverit. Tota sæpe familia  
 Deo se consecrabat, Patribus cum filiis  
 Monasteria virorum, & Matribus cum fi-  
 liabus sacrarum Virginum, Domos in-  
 gredientibus. Omnium prima scemina-  
 rum Asceterium haud procul *Nona* fun-  
 davit S. Benedicta, quæ nobili genere  
 nata, & propediem viro potentissimo  
 nuptui tradenda ad desertum Nonani Mo-  
 nasterii clam confugiens S. Fructuosum  
 rogavit, ut curam sui fusciperet. Ille  
 constructa ex ligno cellula viros Religio-  
 sos mittebat, qui puellam Institutum Mo-  
 nasticum edocerent, & alimenta suppe-  
 ditabat. Pluribus aliis Virginibus dein-  
 de Benedictæ exemplum sequentibus,  
 cum jam numero octoginta essent, S. Ab-  
 bas in alia eremo Monasterium, in quo  
 habitarent, ædificavit. Propositum sibi  
 habe-



habebat Vir Sanctus in Orientem com-  
migrare; sed Rex a quibusdam de hac  
re monitus, Abbatem comprehendi iussit,  
& pedem ex Hispania efferre vetuit.  
Tandem S. Fructuosus Episcopus Du-  
miensis & deinde Bracarenfis, ut dixi-  
mus, ordinatus, Monachi mores & rigo-  
rem nunquam dimisit, & constructam a  
se Abbatiam Montellensem inter Civita-  
tes Dumienfem & Bracarenfem sitam in  
locum Sepulchri sibi elegit.

Sæculum VII  
A. C. 656.

§. XXIII.

*S. Fructuosi Regula.*

Habemus S. Fructuosi Regulam, quam  
Monasterio suo Complutensi dedit, *Cod. Reg. to.*  
*2. p. 230. c.*  
Regulæ S. Benedicti valde propinquam. *21. 22. p. 250*

In ea conversos vocat, omnes illos, qui  
ad Monasterium veniebant, sub Regula  
militaturi. Est vero & alia Regula S. Fru-  
ctuosi, quæ dicitur communis, verisimi-  
liter ideo, quod in omnibus ejus Mona-  
steriis observaretur. Hæc aliqua me-  
moratu digna continet. Primo S. Vir  
duo Pseudo-Monasteriorum genera re-  
probat, nempe illa, quæ homines privati  
suo arbitrio erigebant; non nulli enim  
se ipsos ruri in ædibus suis includentes  
cum uxoribus suis, liberis, vicinis, & ser-  
vis jurejurando etiam se obstringebant,  
omnia communia habituros, sed sine Re-  
gula & sine Præposito. Homines erant  
avaritiæ

c. I.



Sæculum VII avaritiæ dediti, qui non modo eleemofy-  
 A. C. 656. nam nemini dabant, sed etiam sub spe-

c. 2.

cie paupertatis aliis sua eripiebant. Ri-  
 xas præterea amabant, & sæpe propin-  
 quos amicosque in auxilium vocabant,  
 ut arreptis armis contra Adversarios se  
 tuerentur. Deinde Presbyteros repe-  
 riri erat, qui ut opinionem Sanctitatis  
 sibi apud populum pararent, seu ut De-  
 cimas, ceterosque redditus conservarent,  
 se ipsos quasi Monasteriorum Præpositos,  
 nunquam ad vitam Monasticam initiati  
 constituiebant, & omnes fugitivos ex  
 Monasteriis, in quibus Disciplina vige-  
 bat, porrectis brachiis excipiebant.

c. 6.

In Regula communi S. Fructuosi do-  
 cetur modus regendi homines diversæ  
 conditionis, qui in ejus Monasteriis ver-  
 sabantur. Qui cum uxore & parvulis  
 suscipi petebat, admittebatur ea condi-  
 tione, ut omnes imperata facerent. In-  
 fantibus adhuc parvulis permittebatur,  
 dum peterent, cum patre aut cum ma-  
 tre esse; sed postquam ad ætatem ratio-  
 nis capacem pervenissent, Regulam do-  
 cebantur, & mittebantur ad Monaste-  
 rium, in quo iis, utpote oblati a paren-  
 tibus, perseverandum erat. Ad eos e-  
 rudiendos deligebatur Magister, qui ab  
 omni alio munere absolvebatur, ut libe-  
 rius pueris instruendis vacaret, & ali-

c. 8. mentis eorum provideret. Illis, qui jam  
 senes



senes Monasterium ingrediebantur, singularis cura adhibebatur, ut necessaria quidem præberentur, nec tamen perver- si eorum habitus foverentur, sed ad se- riam pœnitentiam agendam juvarentur. Magno rigori subiciebantur, qui, an- tequam converterentur, fœdis flagitiis sepolluerant. Initium faciebant a Con- fessione omnium peccatorum totius vi- tæ; tum pœnitentiam Canonicam sub- ire, & vitam magis asperam, quam cete- ri de Congregatione, ducere compelle- bantur. Sollicite cavetur, ut Monaste- ria virorum a Monasteriis Virginum sint separata. Præscribuntur servanda, si viri fœminas invisant, aut quacunque demum occasione viris mulieres occur- rerent. Omnes Fratres die Dominico ad Missam conveniebant, alter alteri reconciliabatur, & quisque suos errores emendare satagebat. Hæc Monasteria habebant ovium greges, unde infantium & senum infirmitatem sublevarent, ca- ptivos redimerent, & hospites suscipe- rent. Monachorum aliquis pastoribus præerat.

In fine Regulæ legitur Formula Pro- fessionis Monachorum numero plurali concepta, & in exordio Fidei Confessio- nem exhibens. S. Fructuosus, cujus me- moriam Ecclesia 16. Aprilis honorat, us- que ad annum circiter 670. superstes

*Hist. Eccles. Tom. IX.* R fuit,

Sæculum VII  
A. C. 658.

c. 19.

c. 15. 16. 17.

c. 13.

c. 9.

*Mart. Rom.*  
*16. Apr.*



Sæculum VII fuit, primo in suo Monasterio Montelensi sepultus, & deinde Compostellam translatus.

## §. XXIV.

*S. Eugenius Toletanus.*

*Ildes. de  
illust. c. ult.*

Sanctus Eugenius Toletanus haud diu post memoratum Concilium migravit e corpore anno 657, Recesvinti Regis nono. Is Clericis Ecclesiæ Regalis, sive Cathedralis Toletana ea fuerit, sive Oratorium Regis, adscriptus, postea amore vitæ Monasticæ captus Casaravgustam aufugit, ubi a Sepulchris Martyrum avelli nolens Monachi habitum in Abbatia Sanctæ Engratiæ accepit; verum jubente Chindasvinto Rege inde extractus, defuncto altero Eugenio anno 646. Archiepiscopus Toletanus ordinatur. S. Eugenius erat corpore parvus, & infirma valetudine, sed magno zelo. Cantum, & Officia Ecclesiastica reformavit. Scripsit Tractatum de Trinitate, ut conjicere est, ut Arianos exiguo numero residuos confutaret, & duos Libellos, alterum stylo ligato & diversis metris, alterum soluto. Opus Dracontii de Creatione Mundi emendavit, & auxit. Ceterum Cathedram Toletanam annis circiter duodecim tenuit & in S. Leocadiæ Ecclesia sepultus est. Ecclesia ejus Memoriam colit decimo tertio Novem-

*Mart. Rom.  
13. Nov.*



Novembris. Successorem habuit S. II-Sæculum VII  
dephonsum, antea Abbatem Agaliensem, A.C. 658.  
qui annis novem sedit.

§. XXV.

*Eugenii Papæ obitus. Vitalianus.*

Eugenius Papa secundo die Junii anno <sup>Sup. n. 18.</sup>  
658. mortuus est, postquam S. Sedem  
tenuisset annis duobus, octo mensibus,  
& diebus viginti quatuor; atque ad S. Pe-  
trum sepultus est. A lenitate animi &  
munificentia laudatur. Episcopos in di- <sup>Anast. v.</sup>  
versa loca viginti & unum ordinavit. <sup>Coint. an.</sup>  
Ipso defuncto vacavit Sedes menses fer- <sup>658. n. 9.</sup>  
me duos, & ultimo die Julii electus est <sup>Mabill.</sup>  
Vitalianus, filius Anastasii Signiæ in Cam- <sup>Præf. to. 2.</sup>  
pania natus, qui annis quatuordecim & <sup>Act. n. 63.</sup>  
dimidio Romanam rexit Ecclesiam.

Is pro more per Legatos Epistolam <sup>Anast. in</sup>  
Synodicam Constantinopolim misit, qua <sup>Vital.</sup>  
Constantem Imperatorem & Petrum Pa-  
triarcham de sua Ordinatione certiores  
reddebat. Accepta Epistola Imperator  
Ecclesiæ Privilegia confirmavit, & per  
manus Legatorum Pontificiorum S. Pe-  
tro donum misit Librum Evangeliorum  
aureum, gemmis pretiosissimis & miræ  
magnitudinis splendidum. (\*) Ex Re-  
sponsoria Patriarchæ ad Papam videri  
R 2 pot.

(\*) Necdum Ecclesiæ Romana & Constanti-  
nopolitana Schisma aperte profitebantur,



Sæculum VII poterat utrumque esse animo conjunctis-  
 A. C. 658. simum, nisi immiscuisset plures ex Patri-  
 bus Textus non satis fideliter & muta-  
 Conc. 6. *Aff.* tis verbis, eo consilio, ut unam Volun-  
 13. 4. p. 691. tatem & Operationem in Jesu Christo  
 propugnaret.

## §. XXV.

*S. Eligii Obitus.*

*Mart. Rom.* In Francia S. Eligius anno 659. primo  
 1. Dec. Decembris, quò die Ecclesia ejus me-  
*Sup. Lib.* moriam celebrat, obiisse creditur, Septua-  
 XXXVIII. genario major, & annorum ferme vigin-  
 §. 33. *Aud.* ti Episcopus. Pridie quam moreretur,  
*Lib. II. vit. c.* convocatis servulis & Discipulis, singu-  
 33. 34. *Aud.* lis valedixit, & cuilibet optima Mona-  
 6. 35. steria, quo se reciperet, indicavit. Ac-  
 cepto nuncio de S. Viri periculo Batil-  
 dis Regina cum Liberis suis, Proceribus,  
 & magno comitatu Parisiis profecta po-  
 stero mane, cum nocte præcedente obi-  
 iisset, ad locum pervenit, & afflictissima,  
 quod vivum habere non posset, lacry-  
 mis large fluentibus ad Defuncti corpus  
 cucurrit, jubens, omnia ad eum in Mo-  
 nasterium suum Cellense transferendum  
 præparari. Aliis videbatur, satius fore,  
 si Parisios deportaretur; at fortiter re-  
 sistebant Noviodunenses, effeceruntque,  
 ut Pastoris sui Corpus retinere liceret.

*Bibl. PP. to.*  
 2, p. 731,

S. Eligius sæpe e Cathedra ad popu-  
 lum dicere solebat; hinc supersunt Ho-  
 milia



miliae sexdecim, ipsius Nomen praefixum Saeculum VII A.C. 658.  
 habentes, de quarum Auctore Critici A.C. 658.  
 dubitant, etsi non sint contemnendae, &  
 utilissima antiquae Disciplinae vestigia o-  
 stendant. Verum de Compendio Do- Lib. 2. to. 6. p. 266. de rect. Cath. con- vers.  
 ctrinae S. Eligii, quod S. Audoenus in e-  
 jus vita nobis conservavit, & quod etiam  
 inter Opera S. Augustini reperitur, non  
 est dubitandi locus. Hic Liber rectam  
 Catholicorum conversationem stylo sim-  
 plici, sed ex quo zelum pium, & amo-  
 ris paterni teneritudinem videas, expli-  
 cat, siquidem plurima excerpta sunt ex  
 S. Caesarii sermonibus, quibus, ut dixi-  
 mus, Episcopi frequentissime utebantur.  
 In eo S. Eligius omnes Idololatriae reli- Lib. XXXI. n. 2. n. 5. v. Coint. an. 659. n. 21. & c.  
 quias damnat, consulere Ariolos & Ma-  
 gos, sternutationes observare, cantum  
 avium, vel diem, qua quis domo egre-  
 ditur, & redit. Larvatorum convivia  
 primo die Januarii celebrari solita, salta-  
 tiones & cantilenas ad S. Joannis alio-  
 rumque Sanctorum Festa, prohibet. Item  
 ne falsorum Deorum Nomina, Neptuni,  
 Orci seu Plutonis, Dianae, Herculis, Mi-  
 nervae, Genii invocentur. Ne dies Jo-  
 vis huic Deo sacer habeatur, nec un-  
 quam dies alius quam Dominicus, aut  
 Festa Sanctorum, celebrentur. Non ac-  
 cendantur cerei, aut vota reddantur Fa-  
 nis, lapidibus, fontibus, arboribus, vel  
 triviis. Non alligentur collis mulierum



Sæculum VII vel animalium superstitiosa vincula, etfi  
A. C. 658. ea Clerici adhibitis Scripturæ verbis pa-  
 raverint. Prohibentur clamores duran-  
 te Lunæ Eclipsi. Nec Sol nomine Do-  
 mini, nec Luna Dominæ salutentur. Nec  
 per Solis aut Lunæ nomen juratur. Ne-  
 mo Fatis, Fortunæ, Horoscopo, aliisque  
 ejusdem farinae Superstitionibus fidem  
 adhibeat.

Conjectura est, Superstitionis vitium  
 maxime in Belgii populis Neophytis nec-  
 dum fuisse extirpatum.

*Aud. c. 39.* S. Eligius non solum ante sed etiam  
 post mortem miraculis claruit. Illico  
 post obitum cuidam Viro, Aulico, noctu  
 conspicuus præcepit, ut sine cunctatio-  
 ne ad Batildem Reginam se conferret, &  
 moneret, ut amore Jesu Christi cultum  
 auro gemmisque pretiosum, quo adhuc-  
 dum nitebat, abjiceret. Illum, cum vi-  
 sum contemneret, & S. Eligius ei ter fru-  
 stra apparuisset, febri fontica correptum,  
 Regina, quæ ægrotantes invisere consue-  
 verat, adiit, & morbi causam exquisi-  
 vit. Narravit æger, quid vidisset, &  
 quid sibi fuisset præceptum; & ecce  
 protinus sanatus est. Regina sine mora  
 obediit, & nihil nisi armillas aureas ser-  
 vans, omnia dedit pauperibus. Gem-  
 mas quoque non nullas singularis artificii  
 retinuit, quibus in formam crucis con-  
 cinnatis S. Eligii caput ornavit. Præterea



ex auro & argento illius figuræ umbellam, <sup>Sæculum VII</sup>  
 quas *Repa* vocabant, elaborari curavit, A. C. 658.  
 supra Sancti sepulchrum ponendam, di-  
 cens, æquum esse, ut illius sepulchrum <sup>v. Cang.</sup>  
 ornaretur, cui tantopere cordi fuisset, <sup>Gloss.</sup>

Sanctorum sepulchra decorare. Opti-  
 mates, Reginae exemplum secuti, ma-  
 gnam auri gemmarumque vim obtule-  
 runt. Quia vero hujus Sepulchri maxi-  
 mus erat splendor, tempore Quadrage-  
 simæ linteo serico, acu phrygia picto, te-  
 gebatur. Et ecce! post paucos dies ad-  
 verterunt, hoc linteum quemdam liquo-  
 rem stillare, quo deinde in præparatum  
 vas expresso, multi ægroti, quibus adhi-  
 bebatur, sanitatem recuperarunt. Hic  
 dispicimus, morem fuisse, ut in diebus  
 pœnitentiæ, illa decora, quæ in Ecclesiis  
 maxime fulgebant, velarentur.

Illam tempestate Batildis Regina, Clo-  
 doveo II. Rege, Coniuge ejus anno 656.  
 postquam regnasset annis octodecim &  
 tantum viginti & uno luce fructus fuis-  
 set, mortuo, Regnum moderabatur. Clo-  
 doveo extincto reliqui Reges Franciæ <sup>Cont. I. Fre-</sup>  
 hujus primæ stirpis, cum præcipuam Au- <sup>deg. n. 91.</sup>  
 thoritatis partem in Palatii Magistris esse  
 sinerent, vix ipsi regnasse dici possunt;  
 hinc Reges segnes appellati. Clodoveus  
 Regno suo, mortuo Fratre Sigeberto III.  
 qui anno 654. primo Febr. oppetiit, Au-  
 strasiam junxit.



Sæculum VII  
A C. 658.

*Boll.* 1.  
*Febr.* to. 3.  
p. 206.

*Mart. Rom.*  
12. Nov.

Sigebertus, Metis sepultus, ob insignem Pietatem inter Sanctos colitur. Præter alios sæpe consilio usus est S. Cuniberti Episcopi Coloniensis, qui, postquam hanc Ecclesiam annos quadraginta rexisset, anno 664. secundo Nov. obiit. Clodoveus vero ad S. Dionysium in Francia sepultus est.

§. XXVII.

*Privilegium Monasterio S. Dionysii concessum.*

*Mabil. Dipl.*  
t. V. tab. 17.  
& l. VI. n. 7.

Clodoveus triennio prius quam diem oppeteret, Monasterio S. Dionysii Privilegium concesserat, hodieque in Scriptura Originali super Papyrus Ægyptiacam ibidem asservatum, cujus litteræ, stylus, orthographia illius Sæculi barbariem produnt. In eo dicit Rex, se rogante Landrinum Episcopum Parisiensem huic Monasterio Privilegium dedisse, quo Monachi tranquillius Dei Beneficia deprecari possint. Hinc prohibet, ne quis Episcopus vel alius aliquam partem fundorum, vel Servos Monasterii etiam Titulo permutationis sine Congregationis consensu, & Regis licentia acquirere valeat. Non liceat auferre Calices, Cruces, Altaris ornamenta, libros, aut quidquam aliud de supellectile, & in urbem distrahere; econtra Monachi teneantur Psalmodiam perpetuum diu



diu noctuque celebrare, eo modo, quo <sup>Sæculum VII</sup> tempore Dagoberti Regis fuit instituta, <sup>A. C. 658.</sup>  
 & in Monasterio Agaliensi ad S. Mauri- <sup>Sup. Lib.</sup>  
 tium peragitur. Huic Privilegio sub- <sup>XXXVIII.</sup>  
 scripsit Rex, Beroaldus ejus Referenda- <sup>§. 15.</sup>  
 rius seu Cancellarius, & viginti quatuor  
 Episcopi, quos inter nobis magis noti  
 sunt sequentes, Aunemundus Lugdunen-  
 sis, Chaoaldus Viennensis, Rauracus Ni-  
 vernensis, Etherius Embrodunensis, S. E-  
 ligius Noviodunensis, Rigobertus Turo-  
 nensis, S. Landrinus Parisiensis, Wulfo-  
 landus Bituricensis, Palladius Antissio-  
 dorensis, Clarus Gratianopolitanus, Ar-  
 mentarius Senonensis. Tum visuntur  
 nomina multorum Optimatum, & Mini-  
 strorum Regis, quos inter est Ebroinus  
 postea Palatii Magister. Dies appositus  
 est Clicovii decimo Cal. Jul. anno Clodo-  
 vei regnantis sexto, id est, vigesimo se-  
 cundo Jun. anno 653. Ex his dispicitur, <sup>Tom. VI.</sup>  
 magnum numerum Episcoporum & O- <sup>Conc. p. 489.</sup>  
 ptimatum ex toto Regno adfuisse; hinc  
 etiam Conventus iste Conciliis accense-  
 tur.

§. XXVIII.

*Marculsi Formulæ.*

Concordia hujus Privilegii cum illo,  
 quod Marculfus refert, confirmat  
 communem opinionem existimantium,  
 eum illa ætate extitisse, & Episcopum  
 R 5 Lan-



Sæculum VII Landrinum, cui Librum suum inscripsit,  
 A. C. 658. fuisse Parisiensem. Marculfus, Mona-  
 chus septuagenario major, jussu hujus E-  
 piscopi Collectionem Actorum frequen-  
 tissimorum pro more loci, ubi commora-  
 batur, concinnavit, easque Formulas in  
 duos Libros divisit. Liber primus po-  
 tissimum Chartas Regias, nempe Acta  
 quæ e Palatio proficiscebantur, & alter  
 Acta inter privatos in qualibet Regione,  
 quæ tunc temporis dicebantur *Charta*  
*Pagenses*, complectitur. Ex hac Colle-  
 ctione multa de Antiquitatibus Ecclesia-  
 sticis licet discere.

*Præf. Mar-  
 culf.*

In Formula prima refertur Privile-  
 gium cuidam Monasterio ab Episcopo  
 Dioecesano datum, secundum exemplum  
 Privilegiorum Lerinensium, Agalien-  
 sium, Luxoviensium, & multorum alio-  
 rum Monasteriorum in Franciæ Regno  
 positorum. Episcopus promittit, se Mo-  
 nachos ordinaturum, quos Abbas & Con-  
 gregatio sibi præsentaverint, ut functio-  
 nes Ordinis intra Monasterium exer-  
 ceant. Item se Altare benedicturum,  
 & Monachis S. Chrisma, si petierint, mis-  
 surum. Abbatem se iis daturum, quem  
 elegerint; & gratis omnia. Episcopus,  
 Archidiaconi, & ceteri Ecclesiæ Procu-  
 ratores nullam aliam potestatem in Mo-  
 nasterium, & in Bona ad illud pertinen-  
 tia, mobilia vel immobilia, aut in Obla-  
 tiones



tiones Altaris habeant. Episcopus non nisi ad orandum ab Abbate & Monachis rogatus Monasterium ingrediatur, & completis Sanctis Mysteriis simplici Benedictione (id est frugali convivio) contentus recedat, ne Monachorum quietem turbet. Monachos secundum Regulam Abbas corripiat, si possit; si non possit, Episcopus provideat. In hoc Privilegio in pœnam transgressorum Excommunicatio trium annorum statuitur, eique multi Episcopi subscribere debebant. Ceterum ejusdem Privilegii finis fuit, potius Monachos a malorum Episcoporum vexationibus liberare, quam eos bonorum Jurisdictioni subtrahere; at nihilominus hæc ejusmodi Exemptionum origo est.

Sæculum VII  
A. C. 658.

v. Coint. an.  
652. n. 38.  
Etc.

Exemptionem Monasterii Lerinensis occasione tertii Concilii Arelatensis, in quo fuit confirmata, supra memoravi. Privilegium Agaliense non videtur esse certo authenticum, & Luxoviense hodie desideratur. S. Bertulfus tertius Abbas Bobiensis ab Honorio Papa Privilegium pro suo Monasterio obtinuit hunc in finem, inquit Jonas, ne quis Episcopus in eo dominari posset. Post Privilegium Episcopi Marculus posuit Regis Confirmationem, qua potissimum prohibetur, ne quis Bona Monasterii invadat, sicut in Charta Clodovei II. S. Dio-

Sup. Lib.  
XXXIX.  
§. 19.  
Gall. Chr.  
tom. 4.  
Marculfus.  
vit. S. Bert.  
n. 7. t. 2.  
Aff. Ben.  
p. 161.



Sæculum VII S. Dionysio oblata vidimus. In Formu-  
 A. C. 658. la tertia Rex alicui Ecclesiæ immunita-  
 tem concedit. Omnibus Judicibus pro-  
 hibetur, ne locum quemcunque ad Di-  
 tionem hujus Ecclesiæ pertinentem in-  
 grediantur, ut ibi Partes litigantes au-  
 diant, aut pecunias mulctæ nomine exi-  
 gant. Non habeant jus petendi diver-  
 forium, vel alimenta. Nihil denique ab  
 illorum fundorum Colonis tanquam sibi  
 debitum extorqueant, sed hæc omnia  
 jura Rex Ecclesiæ donat.

v. Privil. to.  
 4. Ital. Sacr.  
 Lib. 1.

c. 2.

c. 3.

In his Formulis Acta tria occurrunt,  
 ad Ordinationem Episcoporum perti-  
 nentia. Primo legitur Mandatum seu  
 Præceptum, ita enim vocabatur, quo Rex  
 Metropolitæ denunciabat, se, postquam  
 percepisset, hunc vel illum Episcopum  
 obiisse, ex consilio Episcoporum & Opti-  
 matum decrevisse, Defuncto hunc vel  
 istum Successorem dare. Itaque, sub-  
 jungitur, *præcipimus tibi, ut cum aliis  
 Episcopis, quibus Epistolæ nostræ red-  
 ditæ fuerint, hunc secundum Canones  
 consecres.* Sequitur alia Epistola, quæ  
 ad aliquem Episcopum illius Provinciæ  
 data videtur. Tandem adjecta est Epi-  
 stola supplex Civium Urbis Episcopa-  
 lis, in qua a Rege petunt, ut sibi Virum  
 hunc, cujus probitas ipsis perspecta est,  
 Episcopum det. Unde videmus, ele-  
 ctionem vel saltem consensum populi  
 fuisse



fuisse expectatum; duo præcedentia ve-  
ro explicari possunt de Regis consensu,  
si quis ea Synodo Parisiensi sub S. Ger-  
mano celebratæ, & tot aliis, in quibus E-  
lectionum libertati consulitur, concilia-  
re velit; vel dicendum erit, has Formu-  
las non tam ea quæ juris, quam quæ fa-  
cti essent, & quorum usus etiam contra  
Canones vigeat, referre.

Id quoque in Marculfi libris legimus,  
hominem libero necessariam fuisse Regis  
licentiam ad suscipiendos ordines, quod  
etiam in Concilio Aurelianensi primo  
statutum. Nec solum requiritur, ut sit  
liber, sed etiam ne in Commentarium  
seu Indicem publicum illorum relatus  
sit, qui ad reddendum Censum obliga-  
bantur; tunc demum ei facultas datur,  
sibi capillos abscindendi, ut huic Eccle-  
siæ vel Monasterio serviat. Episcopus  
accusatus, quod res alienas retineat, a  
Rege jubetur restituere, aut sive per se  
sive per Legatum venire & Rege præ-  
sente causam dicere. Si eadem querela  
contra Abbatem vel Clericum movea-  
tur, Rex Episcopo præcipit, ut eum ad  
comparendum & rationem in Regia red-  
dendam compellat.

Marito & Uxori, qui agrum Ecclesiæ  
donaverant, Episcopus Usumfructum  
concedit, & etiam illi parti quæ una de-  
functæ superstes fuerit. Hæc postulatio  
Pre-

Sæculum VII  
A.C. 658.

Sup. Lib.

XXXIII.

§. 58.

c. 19.

Conc. Aurel.

i. c. 6. Sup.

L. XXXI.

§. 8.

Formulæ

Marculfi.

c. 26.

c. 27.

Lib. II. c. 5.

§. 40.



Sæculum VII *Præcaria & Concessio Episcopi Præcaria*  
 A.C. 658. *ria* dicebatur, & debebat de quinquen-  
 nio in quinquennium renovari.

c.37.38.

Donationes Ecclesiis factæ, sicut a-  
 liæ, insinuandæ erant, & hujus insinua-  
 tionis Formulam secundum Legem Ro-  
 manam hic legimus. Mos erat, ut E-  
 piscopi in præcipuis Festis, qualia sunt  
 Pascha & Dies Domini Natalis, aliis E-  
 piscopis, Regibus, aut amicis suis Eulo-

c.42.43.44.  
 45.

gias, nempe panem a se benedictum aut  
 aliud munusculum, mitterent, & hic  
 Marculfus formulam Epistolarum, quæ  
 addebantur, refert. Tandem leguntur

c.46.47.49.  
 50.51.

etiam exempla litterarum commendati-  
 tiarum, quas Episcopi illis dare solebant,  
 quos in locum valde remotum mittebant,  
 item Romam vel alio peregrinaturis.

c.48.

Juncta est Epistola commendatitia ad  
 Abbatem, si quis in ejus Monasterium su-  
 scipi exoptaret. Hæc mihi in Formulis  
 Marculfi memoratu digna visa fuere, &  
 ex hoc exemplo observo, jam exinde Mo-  
 nachos ad negotia temporalia fuisse ad-  
 hibitos, saltem ad describenda Acta, nam  
 pleræque istarum Formularum ad res sæ-  
 culares spectant. Ideo scilicet Mona-  
 chorum opera erat necessaria, quod ejus-  
 modi obsequia ab ignorantia Laicorum,  
 quorum plerique vel Barbari erant vel  
 Servi, expectari non possent. Ex eo  
 tempore nimirum circa annum 660. ma-

gnus



gnus tepor in Ecclesias Franciæ irrepfit; Sæculum VII  
 quippe per annos plusquam octoginta A. C. 658.  
 nullum ferme Concilium celebratum, Epist. Bonif.  
 & Archiepiscopi non eo, quo par fuisset, ad Zach. c. 2.  
 fervore, ad conservandam & removen- to. 6. conc. p.  
 dam Disciplinam sua Auctoritate usi 1495.  
 sunt.

## §. XXIX.

*S. Batildis.*

Cum Clodoveus II. Rex Francorum tres  
 filios parvulos Clotarium, Childeri-  
 cum, & Theodoricum reliquisset, Franci  
 Clotarium, natu majorem, Regem salu-  
 tarunt; Batildis vero Regina Mater Re- Fredeg.  
 rum habenas capessens Erchinoaldum Cont. I. n. 92.  
 Magistrum Palatii & quosdam alios Epis- vit. S. Bat.  
 copos, quos inter S. Eligius, S. Audoë- to. 2. Act.  
 nus, S. Leodegarius Augustodunensis, & Ben. p. 775.  
 Crodebertus Parisiensis numerabantur,  
 ad Consilium adhibuit.

Batildis, seu, ut tunc vocabatur, Bal-  
 dechildis, olim in Francia tanquam man-  
 cipium, etsi ex Regali genere apud An-  
 glo-Saxones nata esset, venundata, us-  
 que adeo Erchinoaldo Domino suo pla-  
 cuit, ut eam in triclinio sibi ministrare,  
 & bibituro poculum propinare jufferit.  
 Uxore deinde defuncta, Batildem secun-  
 do conjugio sibi jungere volebat; at illa  
 solertissime sese occultans elusit aman-  
 tem. Postquam Regi nupsit, & hono-  
 ribus



Sæculum VII ribus Reginae exhiberi solitis coli coepit, A. C. 658. suam potestatem ad beneficia cunctis hominibus præstanda impendit. Episcopos, Monachos, pauperes amabat, ejusque eleemosynis Rex Genesium tunc Abbatem & postea Archiepiscopum Lugdunensem præfecit. Rege Conjuge vita functo, Sanctorum Episcoporum consilio impulsâ, animum adjecit ad reprimendam Simoniam, quod vitium late serpebat, & populos liberandos ab exactationibus, quibus oppressi non nulli privati ad tantam desperationem adigebantur, ut propriam sobolem persuaderent.

*Sup. Lib. XXXVIII. §. 27.*

*vit. S. Bertil. c. 4. to. 3. Act. Ben. p. 23.*

S. Batildis duo Monasteria fundavit celeberrima Cellas & Corbejam. Prima quidem fundamenta Monasterii Cellensis, ad Matronam in Diocesi Parisiensi positi, S. Clotildis jecerat, quod olim Regum Palatium fuerat. Illud deinde multis ædificiis auxit S. Batildis, eo se receptura, quando Clotarius Rex peractam suo arbitrio regnare posset. Omnibus præparatis a S. Techilde Abbatissa Juvariensi Virgines petiit, quæ in nova Domo cum Bertilla, exploratæ sibi virtutis Virgine, præessent. Erat Bertilla Virgo nobilis in Territorio Sueffionensi nata, quæ impellente S. Audoëno Deo consecrata & Monasterium Juvariense ingressa, Abbatissam in difficili munere suis consiliis juvabat. Igitur hæc  
prima



prima Monasterii Cellensis Abbatissa fuit, <sup>Sæculum VII</sup>  
 atque annis quadraginta sex rexit hanc A. C. 658.  
 domum, cujus Fundatio ad annum 656.  
 refertur. S. Batildis fama multas Mo-  
 niales non e vicinia modo, sed etiam ex  
 Regione ultramarina, nempe ex Anglia,  
 attraxit, fuitque Monasterium duplex,  
 nam præter Virginum Congregationem,  
 scilicet principalem, etiam Monachi ad-  
 erant.

Monasterium Corbejense quoque ad <sup>tom. 2. Act.</sup>  
 Sommonam in Diœcesi Ambianensi olim <sup>B. p. 1039.</sup>  
 Domus Regia fuerat, atque anno circi-  
 ter 657. fundatum creditur. Primum  
 Abbatem habuit Theodefridum antea  
 Monachum Luxoviensem, & deinde E-  
 piscopum. Huic Monasterio Clotarius <sup>to. 6. Conc.</sup>  
 Rex & Regina Mater non solum agrum <sup>p. 525.</sup>  
 Corbejensem, sed plures alios numero  
 decem, atque Silvæ Vigoniensis partem  
 cum immunitate, quæ in Formulis Mar-  
 culfi memoratur, concesserunt. Berte-  
 fridus etiam, Episcopus Ambianensis, ei-  
 dem Monasterio Privilegium impertitus  
 est, illis Formulis consentaneum anno  
 Clotarii septimo, nempe anno 662. da-  
 tum, cui Episcopi sex subscripserunt.

S. Batildis Privilegia similia pluribus <sup>vit. n. 9.</sup>  
 aliis Monasteriis, speciatim S. Dionysii,  
 S. Germani, S. Medardi, S. Petri, S. Ania- <sup>S. Batildis.</sup>  
 ni, & S. Martini, concedi curavit, ut Di-  
 sciplinæ Regulari consuleret. Tenera  
*Hist. Eccles. Tom. IX.* S com-



Sæculum VII commiseratione in Captivos mota ve-  
A. C. 658. tuit, lege per totam Franciam edita, ne  
 extra Regni terminos mitterentur. Ipsa  
 magnum numerum redemit, multosque,  
 præsertim suæ Nationis homines iuvit,  
 ut in Monasteria susciperentur. Sæpe  
 Romam usque Ecclesiis S. Petri, & S. Pau-  
 li dona, atque Romanis egestate pressis  
 eleemosynas transmisit. Cum Childe-  
 ricus filius ejus secundo genitus anno  
 660. Rex Austrasiæ a Francis fuisset pro-  
 clamatus, & paulo post Clotarius Rex  
 Neustriæ & Burgundiæ annos pubertatis  
 attigisset, secedendi propositum, quod  
 diu ante conceperat, & cui Optimates  
 Francorum semper adversati fuerant,  
 executi sunt; nam tandem consenserunt,  
 ut abiret, postquam Sigobrando Episco-  
 po, ut credunt, Parisiensi, cujus fastum  
 Proceres impatientissime ferebant, in-  
 vita Regina mortem intulerant; unde  
 conscii, quid meriti essent, mutatis su-  
 bito animis ejus desiderium Monasterium  
 ingrediendi approbarunt. Illa quidem  
 territis ingratitude exprobravit, quip-  
 pe eorum aliquos affectu materno edu-  
 caverat, sed suadentibus mitiora Episco-  
 pis obtemperans, cunctis veniam, atque  
 etiam reconciliati animi signa dedit.  
 Ergo Monasterium Cellense ingressa cir-  
 ca annum 664. sub Abbatisa Bertilla in-  
 ter vulgares moniales fuit, in culina ser-  
 viens,

*Fred. cont. I.*  
*c. 93.*  
*vit. S. Bat.*  
*n. 10.*



viens, atque ad officia abjecta, quod non nunquam adhuc Regina fecerat, sese demittens. In hoc Instituto anno circiter 680. trigesimo Jan. quo die Parisienses ejus memoriam venerantur, vitam sanctissime clausit.

Sæculum VII  
A.C. 658.  
Mart. Rom.  
21. Jan.

Præter illa dona, quæ S. Batildis in duo Monasteria a se fundata, profudit, plura alia munificentissime locupletavit. S. Filiberto, & Abbatia Jumeigiensi vicinam Silvam, Legoberto Abbati, & Monasterio Corbionensi prope Carnutum, agrum, magnam vim auri & argenti, & proprium cingulum donavit. Plurima dona in Monasterium Fontanellense, Luxoviense, & alia in Burgundia, Juvariense, Faræ Monasterium, & præcipue in Ecclesias & Monasteria Parisiorum contulit.

vit. 6. 8;

§. XXX.

Monasteria Franciæ.

Plura alia Monasteria Clotario III. regnante in Francia fundata. Regi præ ceteris in amoribus fuit Dynasta nomine Vaningius seu Varingonius, cui Præfecturam Caletensem dedit, quia venatione in illius Regionis Silvis admodum delectabatur. Vaningius in illo nemore Monasterium Fecanense, consentiente Rege & multa Beneficia conferente, fundavit. Virginibus fuit traditum, & pri-

Act. Ben. t.  
I. p. 971.



**Sæculum VII** illud S. Hildemarchia rexit, quæ post  
 A. C. 658.

p. 542.

*Fredeg. cont.*  
 I. c. 91.

*Hist. N. D.*  
*Suess.*  
*Vita S.*  
*Drausc. c. 2.*  
*Boll. to. 6.*  
 p. 408.

*Act. to. 2.*  
 p. 373.

**S. Landeli-**  
**nus.**

quam aliquamdiu cuidam Monasterio in Burgundia præfuisset, Rothomagum veniens, S. Wandregisili Disciplinæ se subjecerat. Hæc igitur S. Audœni consensu novello Monasterio præficitur, quo trecentæ sexaginta sex Moniales congregatæ, Officium Divinum perpetuo cantantes. Mortuo Erchinoaldo Franci Dignitatem Majoris Domus sub Rege Clotario Ebroino dederunt, qui cum uxore Leutrude & filio Bovone Monasterium Dominae Nostræ Sueffione fundavit, ubi deinde Episcopi Draufini seu Drauscionis cura magna puellarum Congregatio extitit. Prima Abbatisa fuit Etheria, ex Monasterio Juvariensi evocata.

Landelinum ex nobili Francorum familia in Territorio Cameracensi natum parentes S. Auberto Episcopo suo & pueri Patrino, litteris imbuendum tradiderant; sed cum ad ætatem pervenisset ordinibus suscipiendis aptam, & S. Præsul eum Tonsura Clericali initiare vellet, juvenis ab aliquibus propinquorum suorum ab illo proposito abstractus, relicto Monasterio in tantam vitæ licentiam ruit, ut cædibus & latrociniis se se pollueret. Postea vero subita socii morte commotus se convertit, ad S. Aubertum venit, & ad ejus genua provolutus poenitentiam petiit. S. Episcopus Landelinum



num in Monasterium inclusit, eumque <sup>Sæculum VII</sup> ibi in habitu sæculari commorari iussit; A. C. 658.  
 postquam vero peccata sua longo tempore expiasset, statuens Sæculo valedicere, Tonsuram expetiit, quam S. Aubertus libenter dedit.

Post hæc Landelinum Romam profectum, & inde reversum S. Episcopus Diaconum ordinavit. Inde dispicimus, jam tunc antiquam Disciplinam non fuisse observatam, ut ab Ordinibus arcerentur, qui post Baptismum graviorum criminum reos se fecissent. Imo Landelinus etiam ad Presbyteratum promotus ad Prædicationem Verbi Divini incubuit, & impetrata S. Episcopi licentia fundavit ad Sabim celeberrimum Monasterium tunc Laubacum, & posterioribus temporibus Lobesium dictum, quod S. Ursmarus ejus Discipulus perfecit. Hæc Fundatio ad annum circiter 654. refertur. S. Landelinus fundatis in eadem Regione tribus aliis Monasteriis anno 686. decimo quinto Junii, quo die Ecclesia ejus memoriam colit, mortalitatem exiit.

*Mart. Romæ  
15. Jun.*

Sub idem tempus S. Guilanus, S. Amandi Discipulus, S. Auberti consensu accedente fundavit Monasterium, ab ejus Nomine dictum, cujus Ecclesiam hi duo Præsules dedicarunt. Iisdem impellentibus factum, quod Optimatum aliquis, nomine Maldegarius, & cognomento



**Seculum VII** Vincentius, relicta Uxore Valde-  
trude, A. C. 658. Regis Confanguinea, in Monasterio Alto-  
montensi a se fundato sub Regula S. Mo-  
nachi Habitum induerit. Haud multo  
post tempore Valde-  
trudis quoque relicto  
Mundo, eodem S. Guilano Auctore, in  
montem se recepit, qui dicebatur Castrum  
locus, quia olim Romani ibi castra me-  
tati fuerant, ibique Monasterium Mulie-  
rum fundavit, cujus originem ad annum  
circiter 656. referunt.

p. 672.

Hoc Monasterium Civitatis Montium, Hannoniæ Metropolis, principium fuit. S. Aldegundis Valde-  
trudis Soror illius hortatu animata, servata Virginitate, cum oblatas clarorum virorum nuptias, sæpius repulisset, in Silvam illius Regionis *Melbode* dictam se abdidit, ubi velamine Monastico e manibus S. Amandi & S. Auberti accepto duplex Monasterium virorum sceminarumque fundavit, unde sequentibus temporibus urbs Malobodium ad Sabim originem duxit. Ecclesia S. Aldegundis memoriam trigesimo Januarii celebrat.

*Mart. Rom.*  
30. Jan.

*Fredeg. c. 78.*  
*Act. to. 2.*  
p. 565.

Eodem tempore in Francia vitam degebant duo Anachoretæ celebratissimi S. Jodocus, & S. Fiacrius. S. Jodocus Frater Judicaelis, Regis Minoris Britanniæ, & Francorum Clientis, respuit oblatum sibi Regnum a Fratre Sæculum relicto. Judicael nihilominus in Monasterio



nafterio S. Joannis de *Gael*, & hodie de *Sæculum VII*  
*S. Meen* dicto, Cucullum induit, & san- A. C. 658.  
 cto sine quieuit. Jodocum multas Fran-  
 ciæ Civitates peragrantem in Territorio  
 Pontivenfi Dux quidam, nomine Hay-  
 monius, distinuit, & sui Oratorii Pres-  
 byterum ordinari curavit, ubi ministra-  
 vit annis septem. Tum ad *Deserta* con-  
 fugiens sæpe mutavit Sedem; at in loco  
 ultimo Monasterium celebre, quod ejus  
 Nomen gerit, fundatum est. Anno cir- *Mart. Rom.*  
 citer 668. obiisse fertur, eumque Eccle- *13. Dec.*  
 sia 13. Dec. honorat. S. Fiacrius, a ve- *Act. to. 2.*  
 teribus *Fevre* appellatus, Natione Sco- *p. 598.*  
 tus, id est, Hibernus, in Franciam dela-  
 tus, in Diocesi Meldensi substitit, ubi  
 S. Faro, qui illius Gentis homines ama-  
 bat, ei locum in *Silvis*, *Breuil* dictum,  
 ad commorandum assignavit. Ibi con-  
 structo S. Virginis Oratorio, & ædifica-  
 ta domo, in quam hospites suscipiebat,  
 multa patravit miracula, hodieque ejus  
 Cellula peregrinationibus illorum, qui  
 ulceribus affliguntur, celebratur. Obiit *Mart. Rom.*  
 anno circiter 670. & Defuncti Reliquiæ *30. Aug.*  
 in Ecclesia Cathedrali Meldensi asser-  
 vantur. Ecclesia vero S. Fiacrii memo-  
 riam trigesimo Augusti colit.

§. XXXI.

*S. Maximi Obitus:*

In Oriente cum S. Maximus & duo Ana-



**Sæculum VII** Anastasii illius Discipuli ad exilium in Regione Lazensium fuissent damnati, octavo die Junii, Indictione quinta anno 662. illo pervenerunt, & statim separati sunt. Imo paucula necessaria, quæ habebant, etiam filum & acus erepta.

*Act. S. Maximi p. 67.*

Quia S. Maximus equo uti non poterat, nec vehiculorum publicorum jactationem ferre, feretrum ex vimine contextendum fuit, quo, tanquam in lectulo, ad Arcem, quæ *Schemari* dicebatur, Alanorum Regioni propinquam devectus est. Duo Anastasii primum in alias Arces inclusi; sed paucis diebus elapsis iterum protrahuntur, & Anastasius Monachus Sumam deducitur, cum vero vires omnes toleratis Constantinopoli tormentis, & itineris labore essent exhaustæ, vigesimo quarto Julii eodem anno 662. expiravit. S. Maximus ubi Arcem *Schemari* intravit, prædixit obitus sui diem, qui dies Sabbati, decimus tertius Augusti, Indictione quinta, eodem anno 662. fuit. Ejus memoria eodem die ab Ecclesia colitur.

*Mart. Rom. 13. Aug.*

Non exiguus numerus Librorum a S. Maximo conscriptorum ab interitu vindicatus ad nos usque pervenit; sunt vero aliqui Dogmatici & Theologici, aliqui Morales & pii. Occurrunt Responsa ad multas Scripturæ Quæstiones; at, dum eas explicat, sæpissime ad sensum



sum allegoricum convertitur, cumque ipse Scripta sua relegens adverteret, has Allegorias esse obscuras, addidit Scholia seu Commentarios, quos ad intelligendum Textum esse necessarios dicit. Tractatus ejus Morales in Articulos dividuntur, quorum alter alteri non connectitur. Theologiæ Partes principales elucubravit, Trinitatem in quinque Dialogis, qui olim S. Athanasii partus esse putabantur, & Incarnationem in omnibus aliis Operibus suis, præsertim in Quæstione de duabus Voluntatibus; quippe singulari Dei Providentia ad defendendum hunc Fidei Articulum missus fuisse videtur. In Disputatione adversus Pirrhum, S. Maximi in argumentando Methodum & sublimis scientiæ specimen vidimus.

Sæculum VII  
A. C. 662.

tom. 2. p. 381.

Sup. Lib.  
XXXVIII.  
S. 36.

De iisdem Quæstionibus agit in Epistolis ad diversos directis & speciatim ad Maximum Presbyterum in Cypro. In aliqua Epistolarum ad hunc Presbyterum dicit, Byzantinos S. Martinum Papam vituperasse, quod in suis Epistolis Synodiceis affirmaret, Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere. *Romani*, inquit S. Maximus, *asserunt Textus Patrum Latinorum & S. Cyrilli Alexandrini in ejus Commentario in S. Joannem, quibus demonstrant, se non affirmare, Filium*

tom. 2. p. 70.

S 5

esse



Sæculum VII esse Principium Spiritus Sancti; (\*)  
A. C. 562. sciunt enim, Patrem esse unicum Princi-  
 pium utriusque, Filii per Generationem,  
 & Spiritus Sancti per Processionem; sed  
 id solum volunt probare, quod Spiritus S.  
 etiam a Filio procedat, & hac ratione U-  
 nitatem & inseparabilitatem Substantiæ  
 stabilire.

S. Maximus in Opera, quæ S. Dio-  
 nysio Areopagitæ tribuebantur, commen-  
 tatus est, nec de eorum Auctore dubi-  
 tasse videtur. Porro Hierarchiæ Eccle-  
 siasticæ S. Dionysii Exemplar imitatus,  
 & eandem secutus Methodum, Mysta-  
 gogiam suam scripsit, quæ est Allegori-  
 ca explicatio Missæ, saltem ad hoc uti-  
 lissima, ut de Quæstione facti possimus  
 reddi certiores, & inspicere, an Liturgia  
 Græca jam illis temporibus eadem, ac  
 hodie, fuerit.

to. 2. p. 489.

§. XXXII.

*Ali & Moavia Califæ.*

Interim Musulmanni prospera Fortuna  
 pugnabant. Cum Othmanus Califa  
 odium

(\*) Imo Filius est Principium Spiritus Sancti,  
 quia Pater & Filius spirantes constituunt unum  
 Principium Spirati seu Spiritus Sancti. Sed hæc  
 S. Maximi ætate necdum tam clare a Doctõribus  
 fuerant explicata, & sufficiebat credere, Spiri-  
 tum Sanctum etiam a Filio procedere.



odiam suorum in se concitasset, quod Sæculum VII  
 ærarii publici opes in Propinquos pro- A. C. 662.  
 funderet, Seditio in eum commota, Elmacin.  
 Medinæ in Domo sua obsidetur, irrum-  
 punt rebelles, Principem trucidant, &  
 Alcoranus, quem circa pectus gerebat,  
 ejus sanguine maculatur. Id factum an- Theoph. an.  
 no Hegiræ 35. JESU CHRISTI 655. Oth- 14. Const. p:  
 manus annis duodecim regnaverat, & 287.  
 vitæ annum octogesimum secundum nu-  
 merabat. Illico ejus inimici, *Ali*, filium  
*Abutalib*, propinquum & generum Ma-  
 hometis Califam salutant. Illi vero,  
 quibus mors Othmano illata non proba-  
 batur, contra *Ali* arma corripunt, exci-  
 tati ab Aicha Mahometis uxore, qua ei-  
 dem olim nulla carior, & hinc Musul-  
 manorum Mater vulgo appellabatur.  
 Ergo bellum cruentum exortum est, &  
 sæpius ferociter dimicatum. *Ali* Ad-  
 versarios ducebat Moavia, qui jam diu  
 in Syria imperabat, ab Abubecro anno  
 Hegiræ decimo tertio, JESU CHRISTI 634.  
 illuc missus. Tandem *Ali* & Moavia an-  
 no 660. Hegiræ 40. pacem inierunt, ea  
 conditione, ut *Ali* in *Irac*, id est, in A-  
 rabia, & Oriente, Moavia autem in Syria  
 & Occidente imperaret.

Verum *Ali* eodem anno a quodam  
 Cavaregiano occiditur. Hoc nomine  
 vocati sunt illi Musulmanni Schismatici,  
 qui ab *Ali* defecerunt, quamprimum cum  
 Moavia



Sæculum VII Moavia de pacis conditionibus agere  
 A. C. 662. cœpit, quod nullatenus ferendum crede-  
 rent, ut præcipuus Religionis suæ Ar-  
 ticulus de Successione legitima postero-  
 rum ex Propheta genus ducentium, &  
 Prærogativa illorum, quos *Imam* (id est  
 Fideles) appellabant, contemneretur.  
 Ali interfectus est, orationem peragens,  
 annos natus circiter sexaginta, cum an-  
 nos quinque, sed nunquam in pace, re-  
 gnasset. Eum Sectatores sui tanquam  
 Martyrem coluerunt, nam locus Sepul-  
 turæ ejus prope Cufam, qua Occiden-  
 tem spectat, hodieque *Mesched-Ali*, Mar-  
 tyrium *Ali*, vocatur, atque Musulman-  
 nis frequentissimæ Peregrinationis ter-  
 minus est. Imo Secta non temnenda re-  
 peritur, quæ hunc Ali ut Creaturam Dei  
 post Mahometem perfectissimam, & so-  
 lum legitimam ejus Successorem vene-  
 ratur. Dicunt enim Abubecrum, Oma-  
 rum, & Othmanum non nisi ipso conni-  
 vente regnasse; at e contra Usurpatores  
 impii ab ipsis habentur Moavia & omnes  
 Califæ succedentes, & neminem legiti-  
 mis *Imams*, nisi Ali, & Fatimæ Uxoris  
 ejus posteros accensent. Hæc Secta ho-  
 die in Persia Dominatum obtinet.

*Ali* sublato, Filius ejus *Hacen* Cufæ  
 Califa proclamatur; sed sex mensium  
 solummodo Regnum fuit; nam anno se-  
 quente, Hegiræ quadragésimo primo,  
 Jesu



Jesu Christi 661., imperio cessit, illud <sup>Sæculum VII</sup> relinquens Moaviæ, a quo nihilominus A. C. 662. post octo annorum spatium veneno interemptus est. Ita Moavia, Filius *Aboufopbian*, quinquaginta quatuor circiter annorum vir solus Califa salutatur. Is, si initium ducatur a Mahomete, septimus, sed ex familia *Ommia*, primus, Regni sui Sedem elegit Damascum, Syriae Caput, in qua Civitate jam annis viginti quatuor versabatur, & inde vastissimum Imperium, cujus termini erant Oceanus, Indiae, fluvius *Balc* seu Gihon, qui apud veteres Oxus dicebatur, montes Armeniae & Ciliciae & Mare Mediterraneum, moderabatur.

Moavia.

Jam anno Hegiræ 31. Jesu Christi <sup>*Abulfar.*</sup> 651. Isdegerdes, ultimus Persarum Rex, <sup>p. 116.</sup>

occisus, & istud Imperium deletum, postquam ab anno 226. Jesu Christi, quo <sup>*Sup. Lib. V.*</sup> *Ardebir* seu Artaxerxes Parthorum potentiam fregerat, stetisset. Cum Regno Persarum abolita fuit Religio Magorum, §. 50. ignem adorantium, nam, qui Musulmannorum Religionem profiteri recusarunt, in Indias migrarunt, & adhuc hodie quosdam in illis Regnis reperire est, qui *Parfis* seu Persæ appellantur. Inde videmus, quod illa tempestate, qua peremptus est Othmanus, Musulmannorum Imperium totam Arabiam, Persiam, Corasnam, Diarbeziram, *Irac*, nempe apud veteres



Sæculum VII  
A. C. 663. teres Mesopotamiam & Chaldaeam, Syriam, Palæstinam, Ægyptum, & magnam Africæ partem fuerit complexum. Rapidissimum Victoriarum cursum bella quidem domestica aliquamdiu retardarunt, sed mox ubi pax rediit, & adhuc Moavia imperante, Musulmanni rursus victricia arma circumferre cœperunt. Anno Constantis 21. Jesu Christi 662. in Ditiones Romanorum penetrantes, abstractis multis captivorum millibus agros vastos desertosque effecerunt. Anno altero parte Siciliae subacta Incolas ultro sequentes ad colendos Urbis Damasci agros transfulerunt.

*Theoph. an.*  
*21.22. Const.*  
*p. 289.*

**Constans**  
**Parricida.**

Tot casus adversi haud dubie Constantem Imperatorem impulerint, ut urbem Constantinopolim fugere statueret. Fratrem habebat, nomine Theodosium, quem, cum ei aliquando irasceretur, Tonfura Clericali initiari, & a Patriarcha Paulo Diaconum ordinari jussit; exinde etiam de manu ejus, cum Sancta Mysteria peragerentur, Communionem Calicis accepit. Hic Constante jubente anno Regni ejus decimo octavo, Jesu Christi 659. interfectus est; at perpetrato facinore saepe Frater Regi in somnio obiciebatur, Diaconi habitu calicem sanguine plenum sibi porrigens, & dicens: *Bibe Frater!* quo viso consternatus in Siciliam trajicere animo constituit.

Bien.



Biennio inde elapso, nempe anno 661. Sæculum VII  
 uxore & tribus filiis Constantino, Tiberio, A. C. 663.  
 & Heraclio Constantinopoli relictis ex-  
 peditam navem, quas *Dromones* græco Theoph. an. 20. p. 289. & an. 27. p. 292.  
 nomine appellabant, conscendit & pau-  
 lo proventus converso ad urbem Con-  
 stantinopolim vultu expuit, extremam  
 indignationem professus.

Enimvero oderant Constantinopoli-  
 tani cives Constantem, quod Monothe-  
 lita esset, quod Sanctum Martinum Pa-  
 pam & S. Maximum Orientis Doctorem  
 occidisset, duos Anastasios, ejus Discipu-  
 los, & plures alios Catholicos persecutus  
 fuisset. Quam ob rem ipse Sedem Im-  
 perii Romam transferre meditabatur, &  
 eo consilio misit, qui uxorem & liberos  
 accerferent, sed obstitere huic profectio-  
 ni Byzantini.

§. XXXIII.

*Constans Imperator Romæ.*

Constans Tarentum appulsus, inde Nea-  
 polim movit, cumque Beneventum  
 potestati Longobardorum eripere frustra  
 tentasset, Romam iter ingreditur, quo  
 quinto Julii die Mercurii, Indictione sex-  
 ta, anno 663. pervenit. Vitalianus Pa-  
 pa cum omnibus Clericis usque ad sex-  
 tum ab Urbe lapidem, seu duas Leucas  
 obviam processerat. Eadem die Impe-  
 rator ad Ecclesiam S. Petri se conferens,  
 oravit,

Anast. in  
 Vital. Paul.  
 hist. Longob.  
 Lib. V. c. 6.  
 7. & 6.



Sæculum VII oravit, & donum obtulit. Die Sabbati  
A.C. 663. ad S. Mariam ivit, obtulitque. Die Do-  
 minico ad S. Petrum processit cum om-  
 nibus suis, & exierunt Clerici obviam  
 cum cereis. Imperator obtulit Pallium  
 auro textum, & celebrata est Missa. (\*)  
 Sequenti Sabbato venit in ædes Latera-  
 nas, lavit se, & pransus est. Die Do-  
 minico Statio fuit ad S. Petrum, & Missa  
 celebrata Imperator & Papa sibi invicem  
 valedixerunt. Itaque Imperator, duo-  
 decim dies Romæ moratus, æs omne,  
 quo Civitas decorabatur, atque etiam  
 tegulas æreas S. Mariæ Martyrum, quæ  
 Ecclesia olim *Pantheon* vocabatur, abla-  
 tum

(\*) Si Constans Imperator in alterum S. Am-  
 brosium incidisset, conjectura est, ipsum a S. Mi-  
 sse Sacrificio, ab oblatione & ingressu ad Eccle-  
 siam arcendum fuisse. Sed non inepte Palatius  
 ad hunc locum ita differit: *Admirantur non  
 nulli nimiam Pontificis lenitatem tanta pompa  
 Imperatorem excipientis, qui S. Martinum re-  
 legaverat, fratrem occiderat. Non sic Censura  
 exigebat Canonica. Ab Ecclesia potius arcen-  
 dus erat, qui totum Orientem perfidia sua ab  
 Obedientia subtraxerat Orthodoxa.*

*Sed hi non considerant opportunam Vitalia-  
 ni dispensationem erga illum, qui Ecclesie re-  
 conciliatus apparere volebat, & cujus etiam  
 sola fitione, totius Orientis unio speraba-  
 tur, quæ sub ejus Filio Constantino accidit Po-  
 gonato.*



tum Constantinopolim devehijussit. Roma excedens die Lunæ, decimo septimo Julii, Neapolim reversus est, & inde Regium. Tum in Siciliam trajiciens Insulam attigit mense Sept. eodem anno 663. & Syracusis commoratus est.

Sæculum VII  
A. C. 663.

§. XXXIV.

*Ecclesia Anglicana.*

Haud multo post hæc tempore Vitalianus Papa Epistolas Ofuini Regis Nordhumbrorum accepit, cujus rei causam repetere expedit. Quæstio de celebrando Paschate in Anglia vehementer agitabatur; nam ex Regno Cantii, & Beda III. ex Galliis advenæ affirmabant, Hibernos Pascha contra usum Ecclesiæ Universalis celebrare. Quidam nomine Romanus ceteris ferventius veram opinionem tuebatur, quia, licet esset Natione Hibernus, Ecclesiasticæ tamen Disciplinae Regulas in Gallia & in Italia didicerat. Is contra Finanum Episcopum Lindisfarnensem disputans multis auscultantibus vel veritatem persuasit, vel saltem eos ad eam indagandam excitavit; Finanum vero, virum inflexibili ingenio, non tantum ad agnoscendam veritatem adducere non potuit, sed etiam exacerbavit, ita ut aperte bonæ causæ repugnaret. Jacobus, S. Paulini Diaconus, Archiepiscopus Eboracensis, Pascha illo die, quo

*Hist. Ecclesiast. Lib. IX, T Ec-*



**Sæculum VII** Ecclesia Catholica, cum multis ipsum hu-  
A. C. 663. jus rei Auctorem sequentibus, celebra-

bat. Idem Regina Nordhumbrorum ob-  
 servabat, habens apud se Presbyterum  
 illum Romanum, qui ex Cantio advene-  
 rat. Hinc sæpe accidebat, ut Pascha u-  
 no anno diversis temporibus celebrare-  
 tur; quippe quando Regi erat Dies Pa-  
 schæ, Regina Dominicam Palmarum a-  
 gebat. Quamdiu S. Aidanus inter vi-  
 vos fuit, viri ardens Charitas & præcla-  
 ræ Virtutes effecerunt, ut hæc Rituum  
 diversitas utrinque dissimularetur; sed  
 mortuo Finano, qui S. Aidano successer-  
 rat, Colmanus Episcopus Lindisfarnen-  
 sis electus est, cumque etiam ipse ex Hi-  
 berna advenisset, quæstiones de Pascha-  
 te & aliis Disciplinæ articulis denuo mo-  
 veri cœperunt. Multos tanta dissensio  
 terruit, metuentes, ne ideo nomen Chri-  
 stiani immerito gererent. Rex ipse O-  
 suinus circa hanc quæstionem non solum  
 ab uxore, sed etiam a filio Alfrido dis-  
 sentiebat; nam Rex ab Hibernis erudi-  
 tus est baptizatus, quorum etiam lin-  
 guam addidicerat, nihil salubrius esse  
 posse existimabat, quam quod ipsi doce-  
 bant; at Princeps Regius a Wilfrido  
 viro doctissimo, qui Disciplinæ Doctri-  
 nam Romæ & in Gallia hauserat, instru-  
 ctus, sibi persuasum habebat, illud, quod  
 ipse a Magistris accepisset, omnibus Hi-  
 berno-

*Sup. n. 12.*



bernorum Traditionibus esse præferendum. Sæculum VII  
A. C. 663.

## §. XXXV.

*S. Wilfridi initia.*

Wilfridus anno circiter 634. in Regione Nordhumbrorum natus, anno vitæ decimo quarto Monasterium Lindisfarnense adiit, nolens tamen se voto obstringere. At jam tunc deprehendit, Act. SS.  
Ben. to. 2. p.  
170 &c. to. 3.  
p. 676. vit.  
per Ed-  
dium. Disciplinam Hibernorum in hoc Monasterio versantium esse imperfectam. Igitur illis consentientibus discessit, in Franciam & Italiam iturus, ubi disceret, quæ in celeberrimis Monasteriis observabantur. Ut suæ Devotioni & Pietati satisfacere, itinere ad urbem suscepto, S. Petri Sedem invisit, sperans, se remissionem peccatorum suorum impetraturum; & inter primos ex Anglis habetur, qui ad hanc peregrinationem animum adiecerunt. Sed ante hæc omnia, cum primum e suo Monasterio discessisset, venit in Regnum Cantiorum, ubi Ritus Ecclesiæ Romanæ edoceri cœpit, didicitque Psalterium secundum antiquam versionem, cum illud antea secundum versionem S. Hieronymi didicisset. In illa Regione Wilfridus sibi socium adscivit juvenem nobilem, Popularem suum, nomine Biscop Baducing, & postea Benedictum cognominatum, aliquot annis se

Bed. V. hist.  
c. 20.



Sæculum VII natu majorem, qui etiam Romam proficisci animo constituerat. Tunc annus A.C. 663. Christi quinquagesimus agebatur.

In Franciam delati Lugdunum pervenerunt, ubi Delfinus, alio nomine Anemundus, Wilfridi amore usque adeo captus est, ut juveni advenæ neptem suam conjugem dare, & eidem pinguem Præfecturam procurare vellet. At Wilfridus a proposito se totum Deo consecrandi dimoveri se non passus, susceptum iter profecutus est.

Romæ conciliavit sibi amicitiam Bonifacii Archidiaconi, piissimi & doctissimi viri, cui Papa Auctore volupe fuit, Wilfridum juvenem, tanquam filium instruere. Igitur quatuor Evangelia ei explanavit, rationem inveniendi Diem Paschalem contra errorem Britonum & Hibernorum, & plures alias Disciplinæ Ecclesiasticæ Regulas edocuit. Tandem in conspectum Pontificis adduxit, qui juveni manuum impositione & oratione consueta Benedictionem impertitus est. Wilfridus Roma abiens, & ferens secum Reliquias, Lugdunum ad Archiepiscopum rediit, quem patris loco habebat.

Annis tribus ibi versatus, & ex doctissimorum virorum consortio plurimum in Scientiis proficiens, Tonsuram modo Romano in Coronæ formam a S. Episcopo Delfino accepit; cumque Vir Sanctus eundem



dem Hæredem suum scribere cogitaret, Sæculum VII  
A. C. 663.  
 haud diu post Cabilloni ad Ararim, ju-  
 bente Ebroino, ut creditur, anno 657. in-  
 terfectus est. Sequebatur Archiepisco-  
 pum Wilfridus ad locum supplicii, ani-  
 mo cum ipso moriendi; sed liber dimis-  
 sus, postquam Patri suo spirituali iusta  
 persolvisset, in Angliam multis Reliquiis  
 onustus rediit. S. Delfinus seu Anne-  
 mundus aut potius Hannemundus Lug-  
 duni honore Martyribus debito 29. Sept.  
 colitur, & nomine Gallico Saint Chau-  
 mont notissimus est. Is Abbatiam Vir-  
 ginum S. Petri Lugduni fundavit.

S. Wilfrido in Angliam reverso, ad  
 Alfridum Principem in Nordhumbria  
 cum Rege Patre regnantem referunt, Ro-  
 ma advenisse Dei Servum, in Disciplina  
 Ecclesiæ S. Petri versatissimum, qui cer-  
 tum celebrandi Paschatis tempus doce-  
 ret. Hunc ergo ad se accersitum Alfri-  
 dus tanquam Angelum excipit, genua  
 flectit petitque benedictionem; tum, de  
 variis Ritibus Ecclesiæ Romanæ interro-  
 gatam, in nomine Dei & S. Petri obe-  
 status est, ut maneret, & se populumque  
 suum informaret. S. Wilfrido consen-  
 tiente, suavi amicitiae nexu juncti sunt.  
 Princeps S. Wilfrido dedit Monasterium,  
 quod *Ripe* seu *Repon* dicebatur, ejectis  
 Monachis obstinatis, qui Sedem mutare  
 maluerunt, quam Hibernorum morem

S. Delfinus  
Martyr.

vid. Coint.  
an. 654. n. 14.

Eddi c. 7.

Bed. III. c. 25.



Sæculum VII dimittere. Wilfridus ea, quæ a Principe munificentissimo accipiebat, largiter effundebat in egenos, eximiis virtutibus omnium animos rapiebat, & Prophetiæ dono præditus habebatur a cunctis.

Sub illud tempus Agilbertus Episcopus Saxonum Occidentalium ad Regem Osuinum & Alfridum Principem invitatus. Hic Episcopus in Gallia natus, cum in Hiberniam navigasset, ut ibi Sacræ Scripturæ studio se dederet, & longo tempore ibi fuisset commoratus, postea in Saxoniam Occidentalem profectus Prædicationi Verbi Divini vacavit; ejus vero Doctrina & ingenium tantopere Regi placuerunt, ut eundem ad Sedem Episcopalem in illa Regione erigendam invitaverit. Itaque Agilbertus diutissime in illa Provincia permansit. Cum igitur in Nordhumbriam venisset, Princeps Wilfridi Abbatis merita apud eum commemoravit, rogavitque Episcopum, ut eum Presbyterum ordinaret, quo eum semper apud se retinere posset. Respondit Agilbertus, tam præclaræ virtutis virum mereri, ut ad Dignitatem Episcopalem eveheretur; sed ut desiderio Principis obtemperaret, eum Presbyterum in Monasterio Riponensi ordinavit. Talis fuit Wilfridus Abbas, cujus Auctoritate præcipue nixus Princeps Disciplinam

*Addi. c. 9.*  
*Bed. III. c. 7.*



nam Romanam contra antiquas Hiber-  
 norum consuetudines tuebatur. Sæculum VII  
 A. C. 664.

§. XXXVI.

*Collatio de Paschate.*

Ut Disputationi de Paschate tandem finis imponeretur, statutum, in Monasterio *Strenesbal*, cui S. Hilda Abbatissa præerat, Colloquium instituere. Advenit Rex cum Principe Filio. Adfuerunt Episcopi tres, Colmanus, Agilbertus, & *Cedde*. Cum Colmano erant Clerici ejus Hiberni. Agilbertus socios adduxerat Presbyteros Agathonem, Romanum, & Wilfridum, & Jacobum Diaconum. *Cedde* Episcopus, ab Hibernis ordinatus ex eorum parte stabat, & eorum sermonem interpretabatur. S. Hilda cum sua Congregatione in eadem erat sententia.

*Bed. III. hist  
 6. 25.  
 Sup. n. 3.*

Itaque Rex Osuinus Collationis initium fecit, dicens; cum omnes eidem Domino servirent, & idem Regnum Cœleste expectarent, necessarium esse, ut omnes eandem vivendi normam, & easdem Cæremonias amplecterentur. Unum superesse Remedium, serio examinare, quæ Traditio magis veritate niteretur. Tum Colmano Episcopo suo præcepit, ut primus loqueretur. Ille, *a majoribus meis, inquit, qui me huc miserunt, consuetudinem accepi, quam servo.* Omnes



Sæculum VII *nes quoque Patres nostri eam servarunt.*  
 A. C. 664. *Ne vero quis hunc morem temnendæ ori-*  
*ginis esse putet, legimus, eum observatum*  
*fuisse a S. Joanne Evangelista, dilecto*  
*Domini Discipulo, & ab omnibus, quas*  
*regebat, Ecclesiis. Illico Rex jussit, ut*  
*Agilbertus responderet; at ille: Rogo,*  
*ut Wilfrido Discipulo meo pro me loqui*  
*liceat. Melius, quam ego per interpre-*  
*tem, ipse linguæ Anglorum gnarus opi-*  
*nionem nostram explicabit. Tunc igitur*  
*Wilfridus jubente Rege, loqui exorsus*  
*est in hunc modum: Pascha celebramus*  
*illo die, quo illud observari vidimus Ro-*  
*mæ, ubi S. Petrus, & S. Paulus Apostoli*  
*fuerunt, docuerunt, martyrium passi, &*  
*sepulti sunt. Id ipsum vidimus observa-*  
*ri in Gallia, quo trajecimus, ut ibi eru-*  
*divemur. Id ipsum in Africa, Asia, Æ-*  
*gypto, Græcia, & toto terrarum orbe,*  
*quo usque propagata est Ecclesia, non ob-*  
*stante Nationum & Linguarum diversi-*  
*tate observari scimus; soli Picti, & Bri-*  
*tones, in aliqua ultimarum Oceani Insu-*  
*larum parte positi, obstinato animo con-*  
*trarium agunt.*

Colmano constanter S. Joannis Au-  
 thoritatem opponente, Wilfridus re-  
 spondit: S. Joannes Legem Moysis ad lit-  
 teram observabat, quia Ecclesia adhuc dum  
 in quibusdam articulis judaizabat, nec  
 Apostoli poterant protinus rejicere omnes  
 Legis



Legis Cæremonias, Deo Auctore introdu- Sæculum VII  
 ctas. Hodie vero postquam lux Evange- A. C. 664.  
 lii toti Mundo orta est, non amplius est v. Sup. L. III.  
 necessarium, nec Fidelibus licitum, cir- n. 43. Lib. IV.  
 cumcidi, aut Deo Sacrificia cruenta of- n. 43. 44.  
 ferre. Ergo S. Joannes, secundum Le- L. XXI. n. 29.  
 gem, Pascha celebrare incipiebat vespere Aug. ep. 82.  
 diei decimi quarti mensis primi, nec ei n. 15.  
 cura erat, an ille dies Sabbati vel alius  
 in septimana esset. At S. Petrus, Romæ Quæstio de  
 prædicans, & memor, Dominum Nostrum Paschate.  
 Die Dominico resurrexisse, intellexit,  
 ita Pascha celebrari oportere, ut semper,  
 secundum Legem, Luna decima mensis  
 primi expectaretur, & vespere initium  
 fieret, quod S. Joannes observabat. Tunc  
 vero, si Dies sequens esset Dominicus, illo  
 ipso vespere Pascha celebrare incipiebat,  
 sicut hodieque solemus; si autem Dies Lu-  
 nam decimam quartam proxime sequens,  
 non esset Dies Dominicus, expectabat vi-  
 gesimam primam, & incipiebat celebra-  
 re Pascha vespere Sabbati præcedentis.  
 Hic mos in Asia post obitum S. Joannis  
 ab omnibus Successoribus ejus & a tota  
 Ecclesia Universali fuit observatus. Ex  
 Historia Ecclesiastica quoque discimus, a  
 Concilii Niceni Patribus fuisse declara-  
 tum; hoc esse verum Pascha, & solum,  
 quod Fideles observare deberent. Quod Sup. L. XI.  
 non sic accipiendum, ac si Concilium rem S. 14.  
 novam præcepisset, sed quod consuetudi-  
 nem



Sæculum VII  
 A. C. 664. *nem antiquam confirmaverit. Hinc factis liquido constat, vos nec S. Joannem, nec S. Petrum, nec Legem nec Evangelium sequi; nam S. Joannes Legi inhaerens, Diem Dominicum non observabat, quod tamen vos facitis, & S. Petrus Pascha celebrabat a Luna decima quinta usque ad vigesimam primam, cum vos econtra illud celebretis a decima quarta usque ad vigesimam, saepe incipientes vespere Lunæ decimæ tertiæ, quod nec in Lege nec in Evangelio præscribitur, & vigesimam primam penitus excluditis, quam expectari Lex præcipit.*

Sup. L. VIII. *Tum Colmano Auctoritatem doctissimi Anatolii, S. Columbani & Successorum ejus, qui miraculis claruerant, afferenti, Wilfridus respondit: Quid nobis objicitis Anatolium, cujus Regulas contempnistis, & novendecim annorum Cyclum non recepistis? Quod spectat ad Patrem vestrum Columbanum & ejus Successores, possem respondere; in die Judicii multos dicturos ad Dominum Nostrum, se in Nomine ejus Virtutes multas fecisse, & Dominum responsurum: Quia nunquam novi vos. Sed Deus advertat! ut de Patribus vestris hæc dicam. In iis, quæ ignoramus, præstat bonum credere quam malum. Itaque non nego, fuisse Dei Servos Cælo gratissimos; eosque simplicitate rustica bona tamen intentione*



ne Deum amasse. Nec credo hanc di-<sup>Sæculum VII</sup>  
 versitatem in celebrando Paschate ipso-<sup>A. C. 664.</sup>  
 rum Sanctitatem obscurasse, quia nemo  
 fuit, qui eis perfectiores Regulas demon-  
 straret, & credo, ipsos has Regulas secu-  
 tutos fuisse, sicut mandata Dei servarunt,  
 quæ cognoverunt. Ex his apparet, Wil-  
 fridum nescivisse, S. Columbanum hac  
 de re satis fuisse admonitum. Deinde  
 prosequitur: Vos vero, sine dubio, pec-  
 catis, si, postquam Sacræ Sedis, seu potius  
 Ecclesiæ Universalis, quæ Scripturæ Au-  
 thoritate nititur, Decreta audivistis, ea  
 spernitis. Ut ut Sancti fuerint Patres <sup>Sup. Lib.</sup>  
 vestri, num eorum opinio totius orbis ter-<sup>XXXV.</sup>  
 rarum Sententiæ præferenda est? Viro-<sup>S. 43.</sup>  
 rum paucorum, in angulo remotissimæ  
 Insulæ habitantium? Sanctissimus sane  
 fuerit Columbanus, an ideo in compara-  
 tionem adduci potest cum Apostolorum  
 Principe, ad quem dixit Dominus: Tu <sup>Matt. 16. 18.</sup>  
 es Petrus, & super banc petram ædifica-  
 bo Ecclesiam meam; & portæ Inferi non  
 prævalebunt adversus eam. Et: tibi da-  
 bo claves Regni Cælorum?

Ad hæc dixit Rex: Estne hoc verum,  
 Colmane! quod Dominus hæc ad Petrum  
 dixerit? Colmanus: Verum est, Do-  
 mine! Et Rex: An ostendere potes, Co-  
 lumbanum vestrum æqualem accepisse po-  
 testatem? Colmanus: Non accepit. Tum  
 Rex ulterius: An utrinque affirmatis,  
 hoc



Sæculum VII hoc principaliter ad Petrum fuisse di-  
A. C. 664. ctum, & Dominum ei claves Regni Cæ-  
lorum tradidisse? Responderunt: *Affir-*  
*mamus.* Tandem Rex conclusit in hunc  
 modum: *Et ego dico vobis, nolle me huic*  
*Cæli Janitori adversari; absit! sed man-*  
*datis ejus ex totis viribus meis obediam;*  
*ne, cum ad portam Regni Cælorum per-*  
*venero, nemo sit, qui mihi aperiat, si*  
*Clavigerum mihi infensum habuero.* Huic  
 Regis sermoni tota Congregatio applau-  
 sit, omnesque meliorem consuetudinem  
 amplexi sunt.

## §. XXXVII.

*Res Ecclesiæ Anglicanæ.*

Collatione finita cuncti in diversa ab-  
 eunt. Agilbertus ad suos reversus  
 est. Colmanus, videns opinionem suam  
 contemptui haberi, in Hiberniam reve-  
 hitur cum quibusdam sponte sequenti-  
 bus inter suos deliberaturus, quid sibi  
 faciendum esset. Cedde seu Cedda da-  
 mnata Hibernorum sententia Sedem  
 suam repetiit, nihil dubitans, consuetu-  
 dines Catholicas esse tenendas. Hæc  
 Collatio habita est anno 664. qui erat  
 Regis Osuini vigesimus secundus, & tri-  
 gesimus, ex quo Hiberni in Anglia Epis-  
 copatum susceperant; nam S. Aidanus  
 annis septendecim, Finanus decem, &  
 Colmanus tribus, Episcopatum tenuerunt.

*Bed. III. c. 26.**Sup. Lib.*  
*XXXVIII.*  
*§. 19.*



runt. Post Colmani abitum Episcopus Nordhumbriæ creatus est Tuda, qui apud Hibernos Meridionales litteris imbutus, & Episcopus ordinatus, Tonsuram ejusdem formæ, ac ipsi gerebat, sed Diem Paschæ cum Catholicis observabat. Is vero eximiis virtutibus ornatus, post breve temporis spatium, magnum sui desiderium reliquit, pestifera lue, quæ hoc anno 664. in Anglia grassabatur, extinctus. Eodem anno die tertio Maji circa horam quartam vespertinam Sol Eclipsin passus est.

Sæculum VII  
A. C. 664.

c. 27.

Colmanus in patriam rediens partem ossium S. Aidani secum tulit, altera parte in Ecclesia, cui præfuerat, relicta. Postquam discesserat, patuit, quantum ipse & ejus Antecessores ab omni habendi cupiditate alieni fuerint; quippe, sola Ecclesia excepta, nihil præter ædificia ad societatem civilem simpliciter necessaria inventum. Non pecuniam, non greges habebant, & si quæ a divitibus donata accepissent, ea protinus in manus pauperum erogabant. Nullo etiam indigebant ad excipiendos Magnates, qui nullum alium in finem ad Ecclesiam accedebant, quam ad orandum & Verbum Dei audiendum. Ipsum Regem ad Ecclesiam euntem non plures quam quinque vel sex viri comitabantur, & si aliquando mensæ accumbebant, illis cibus erant

c. 26.



Sæculum VII erant contenti, qui fratribus quotidie ap-  
A. C. 664. ponebantur. Magna eos populus vene-  
 ratione prosequeretur, & quocunque  
 Clericus vel Monachus procederet, ma-  
 gno gaudio excipiebatur. Qui in via ve-  
 nienti occurrebant, inclinato capite Be-  
 nedictionem expectabant. Si quando  
 Presbyter in Oppidum perveniebat, ab  
 incolis circumfundebatur salutarem Do-  
 ctrinam audire petentibus; Presbyteri  
 vero & Clerici nunquam accedebant,  
 nisi ut prædicarent, baptizarent, ægro-  
 tos inviserent, verbo, ut animas cura-  
 rent. Ceterum non nisi a Principibus  
 compulsi fundos recipiebant, in quibus  
 Monasteria ædificarentur. Hæc aliquam-  
 diu Ecclesiarum in Nordhumbria Discipuli-  
 na fuit.

c. 28.

Tuda defuncto, Alfridus Princeps cu-  
 piens, ut in ejus locum Wilfridus Pres-  
 byter ordinaretur, misit eum ad Fran-  
 ciæ Regem, qui eundem misit ad Agil-  
 bertum Episcopum Parisiensem, illum  
 ipsum, qui in Anglia commoratus Wil-  
 fridum Presbyterum ordinaverat. Quip-  
 pe post Collationem Streneshalensem  
 Agilbertus ex Anglia migraverat se-  
 quenti ex causa. Cum Rex, qui eum  
 distinuerat, etiam alium Episcopum suæ  
 linguæ, scilicet Saxonice, habere vel-  
 let, & quodam advocato, cui nomen O-  
 winus, antea in Gallia ordinato, Pro-  
 vinciam

c. 7.

Ecclesiæ in  
Anglia.



vinciam suam Saxoniam Occidentalem Sæculum VII  
 in duas Diœceses divisisset, ut novus E- A. C. 664.  
 piscopus in Civitate Venta Belgarum,  
 quam tunc Saxones Vintacestir, & ho-  
 die Angli Winchester dicunt, sedere  
 posset, offensus est Agilbertus, quod Rex  
 se inconsulto ista molitus fuisset, & in v. Coint. an.  
 Galliam rediit, ubi ei Episcopatus Pari- 664. 8.  
 siensis, ut conjicere licet post obitum  
 Sigobrandi, obtigit. Igitur Agilbertus Sup. n. 33.  
 Wilfridum Presbyterum perhumane ex-  
 ceptum, duodecim aliis Episcopis in so-  
 cietatem solemnitatis adhibitis, Com- Bed. III. c. 28  
 pendii magna pompa ordinavit; nam V. c. 20.  
 pro more tunc in Gallia vigente in Se-  
 de aurea a manibus Episcoporum por-  
 tatus est. Wilfridus annum ætatis nu-  
 merabat trigesimum, atque annus Chri-  
 sti 664.olvebatur; antequam autem  
 e Gallia solveret, Rex Osuinus filii mo-  
 limen antevertere, & alium Episcopum  
 Eboracensem, qui Hibernus natione es-  
 set, & ipsorum Ritus novisset, ordinari  
 voluit. Ad hoc munus delegit Cead- Sup. n. 4.  
 dam, Episcopi Ceddæ Fratrem, Presby-  
 terum & Abbatem Lestingensem, scien-  
 tia Scripturarum, & morum pietate in-  
 signem, atque in Regnum Cantii misit  
 a Deusdedit Archiepiscopo Cantuarien-  
 si ordinandum; sed cum illo pervenit,  
 paulo ante vita functus fuerat Archie-  
 piscopus, & necdum Successor electus.

Quare



Sæculum VII Quare Ceadda iu Saxoniam Occiden-  
 A. C. 664. talem delatus, ordinatus est ab Episco-  
 po Vintoniensi † Owino, qui solus  
 †Winchester tunc erat in Magna Britannia Episco-  
 pus Canonicè ordinatus.

Ceadda S. Aidani Discipulus, ejus-  
 que virtutum imitator erat.

Wilfridus in Angliam reversus su-  
 per Ordinatione Ceaddæ, etiãsi con-  
 tra Canones pugnaret, litigare nolens,  
 ad suum Monasterium Riponense se re-  
 cepit, ubi tribus annis fuit. Hoc tem-  
 poris spatio Rex Merciorum sæpe Wil-  
 fridum invitabat, ut ad se veniret, &  
 multas functiones Episcopales exerce-  
 ret. Agros quoque dono dedit, in qui-  
 bus Monasteria fundavit. Egbertus  
 quoque Rex Cantiorum ad se accersitum  
 rogavit, ut ibi Sede Cantuariensi va-  
 cante aliquot Presbyteros & Diaconos  
 ordinaret. Ita Wilfridus, etiam Sede  
 sua pulsus, utilem laborem ad stabilien-  
 dam in Anglia Disciplinam impende-  
 bat, & illius præcipue curæ adscriben-  
 dum, quod omnes Hiberni ibi commo-  
 rantes, vel Consuetudines Ecclesiæ Ca-  
 tholicæ amplexi fuerint, vel in patriam  
 suam redierint. Wilfridus Regulam  
 S. Benedicti secum attulerat, & Canto-  
 res duos *Eddi* & *Eona* cum Cæmenta-  
 riiis, & omnis generis Opificibus ad con-  
 struendas Ecclesias necessariis.

*Ceollach*



*Ceollach* (\*) cum brevi tempore Mer-<sup>Sæculum VII</sup>  
 ciorum Episcopus fuisset, in Insulam <sup>A. C. 664.</sup>  
 Hiam, in qua præcipuum Hibernorum <sup>Bed. III.</sup>  
 Monasterium erat, reversus, Successorem <sup>hist. c. 21.</sup>  
 habuit Trumherum, Natione Anglum,  
 sed ab Hibernis Episcopum ordinatum.  
 Illa tempestate Saxones Orientales Mer-  
 ciorum Regibus parebant, quamvis duos  
 haberent Regulos. Horum alter præ-  
 textu a peste, quæ anno 664. Angliam de-<sup>Pestis in</sup>  
 pascebatur, quæsito cum subdito sibi po-<sup>Anglia.</sup>  
 pulo Christianam Religionem abjecit.  
 Ergo Tempa prius deserta restaurant,  
 & Idola adorant, quasi opem in illa cala-  
 mitate afferre potuissent. Alter vero  
 Regulus Fidelis Deo permansit. Mer-  
 ciorum Rex, amborum Dominus, hac re  
 comperta, misit Episcopum Jarumanum,  
 Trumheri Successorem, qui Apostatas  
 ad fidem reduceret; & profecto ejus  
 conatum uberrimi fructus secuti sunt,  
 quippe tam Regem quam populum rela-  
 psam convertit. Tum denuo Tempa &  
 aras demoliri, Ecclesias aperire, & fidem  
 Jesu Christi palam confiteri. His perfe-  
 ctis Episcopus, & Presbyteri, quos labo-  
 ris socios habuerat, ingenti gaudio ad  
 suos reversi sunt.

A tem-

(\*) De hoc *Ceollach* Fleurius nullibi alias  
 quidquam.

*Hist. Eccles. Tom. IX.*

U



Sæculum VII

A.C. 664.

c. 29.

A tempore Collationis Streneshalen-  
sis Osvinus Rex intellexerat, Sedem Ro-  
manam Ecclesiæ Catholicæ Centrum  
esse. (\*) Itaque, cum Sedes Cantua-  
rien.

(\*) Ja! dieses zur Behauptung der Einig-  
keit und Sichtbarkeit der Kirche Jesu Christi so  
nothwendige Centrum ist eine Nuß, die noch kein  
Protestant hat zerbrechen können. Ein jeder Ka-  
tholik, welcher nur so gelehrt ist, daß er von seinem  
Glauben und seiner Kirche Rechenschaft geben kann,  
empfindet eine so angenehme als unschuldige Er-  
gözung, wenn er liest, wie sehr sich der Herr  
Johann Lorenz Mosheim quälet eine erträgliche  
Antwort zu finden auf die von ihm so genannte  
trogige Frage der Katholiken: Wo war euer  
Glaube? Wo war eure Gemeinde vor Lu-  
ther? Wir wollen ihn selbst reden hören aus sei-  
nem Buche: Versuch einer unpartheyischen  
und gründlichen Ketzergeschichte Helmstädt  
1746. in der Vorrede zu der Geschichte der  
Schlangenbrüder der ersten Kirche, oder der  
sogenannten Ophiten. Auf der 28. Seite. Da  
saget er: Eine andere Ursach, wodurch viele  
so geblendet werden, daß sie die richtige  
Straße in der Geschichte der Ketzer der mitte-  
lern Zeiten verlassen, ist die Begierde, eine  
unverrückte und nie unterbrochene Folge der  
wahren Evangelischen Kirche von der Apo-  
stel Zeiten an bis auf Luther darzustellen.  
Die Römische Kirche, die keinen Schutz für  
ihre Lehren und Gebräuche, welche die Pro-  
testirenden verwarfen, in der Offenbarung  
antref-



riensis vacaret, Osuinus & Egbertus Rex Sæculum VII  
Cantii communicatis consiliis ad Eccle- A.C. 664.

U 2

fiæ

antreffen konnte, meynete die Wahrheit, und Göttlichkeit derselben durch ihr Alter zu erweisen. Unsere Kirche, hieße es, unser Glaube, unser Gottesdienst fangen sich zu den Zeiten der Apostel an . . . . daher die trotzige Frage . . . . Wo war eure Gemeinde? Wo war euer Glaube vor Luther? Diese Frage schreckte viele; und man hielt es daher für nöthig, dieselbe gründlich zu beantworten. Erstlich, daß die Römische Kirche keinen Schutz für ihre Lehren und Gebräuche in der Offenbarung antreffen konnte, ist ein falsches und niemals erwiesenes Vorgeben. Vielmehr haben alle Lehren der Römischen Kirche in der Schrift ihren richtigen Grund. Allein von dieser Frage ist hier eigentlich die Rede nicht. Sondern laßet uns die Antwort hören auf die Frage: Wo war euer Glaube und eure Kirche?

Herr Mosheim saget ferner: Mit den ersten sechs hundert Jahren . . . . ward man in einer kurzen Zeit fertig. Man überführte die Römisch Katholischen durch die klärtesten Zeugnisse der vornehmsten Lehrer, daß die alte Kirche in den vornehmsten und wichtigsten Stücken eben das geglaubet hätte, was die Evangelischen lehren. Dieses kann der Herr Mosheim auch nicht darthun; denn die Herren Protestanten sind von der Lehre der alten Kirche abgewichen in den Artickeln von der Rechtfertigung, von der Gnade, von der Frey-  
heit



Sæculum VII<sup>siæ</sup> Anglicanæ emolumentum S. Presby-  
 A. C. 664. terum, nomine Vigardum, in Angliana-

*vit. S. Ben.*

*Biscopi. to. 2.*

*Alt. p. 1002.*

heit des menschlichen Willens, von der Gegen-  
 wart Christi im Abendmal &c. Und wenn sie auch  
 in einigen vornehmsten und wichtigsten Stücken  
 eben das geglaubet hätten, was die alte Kirche  
 geglaubet hat, so wäre doch dieses nicht genug ge-  
 wesen, wenn sie in der That Rechtglaubige fern  
 wolten; sondern sie hätten nebst dem die Einig-  
 keit der Kirche beybehalten müssen. Denn die  
 Ketzer haben auch zu allen Zeiten in einigen vor-  
 nehmsten und wichtigsten Stücken dasjenige, was  
 die Römische Kirche, geglaubet. Das ist die Ant-  
 wort für die erste sechs hundert Jahre. Nun  
 kömmt eine Antwort auf unsere nach dem Ge-  
 ständniße der Protestanten selbst erschreckliche Fra-  
 ge: Wo war eure Kirche? Herr Mosheim sa-  
 get: bey den folgenden neun hundert Jah-  
 ren . . . . Man wies, daß zu allen Zeiten  
 hin und wieder einige aufgeklärte, und in  
 der Schrift erfahrene Männer einen Theil  
 der Wahrheit eingesehen und frey bekant  
 hätten . . . . Man trat also der Sache nä-  
 her, und berief sich auf die abgesonderten Ge-  
 meinen . . . . Ihr wollet unsere Väter und  
 Vorläufer (sagten die Protestanten) sehen; da  
 sind sie. Wir lebten, ehe wir noch gebo-  
 ren wurden, in den gottseligen Waldensern,  
 Albigenfern, Katharern, Aposteln, Witlef-  
 ten, Fratricellern und vielen andern . . . .  
 Scheltet diese Leute, so lange als ihr wollet  
 für



tum, Clericis Ecclesiae Cantuariensis ad-  
scriptum, a Romanis, S. Gregorii Disci-  
pulis

Saeculum VII  
A. C. 664.

U 3

pulis

für falsche Propheten, für Ketzer, für Ab-  
trünnige; wir erkennen sie für unsere Brü-  
der. . . . Meines Erachtens (saget hier der  
herr Mosheim) wäre nichts verlohren wor-  
den, wenn man sich gefürchtet hätte, die Ke-  
tzer zu Hülfe zu rufen, und in die Brüder-  
schaft der Evangelischen aufzunehmen. Das  
ist gut! Hier haben wir das Zeugniß des Herrn  
Mosheim, daß diese Leute Ketzer gewesen sind,  
und daß die Protestanten solche für ihre Glau-  
bensbrüder angenommen haben. Ist wissen wir,  
wo die Kirche des Doctor Luther vor dem Do-  
ctor Luther gewesen sey. Allein, diese Antwort  
gefället dem Herrn Mosheim nicht. Er saget:  
Man hätte sich, wie mich dünket, leichter,  
fürzer und sicherer aus der Schwürigkeit  
herauswickeln können. Wäre es nicht ge-  
nug gewesen, wenn man kurz geantwortet  
hätte: War unsere Kirche vor Luther nicht  
da, so war doch unser Glaube da. Ey! Herr  
Mosheim! ein Glaube, ohne Kirche! Aber er  
redet ferner: Er stand in den Büchern der  
Propheten und der Apostel, die kein Pabst  
verwerfen kann. Diese Antwort des Herrn  
Mosheim ist eben so schwach als die vorige. Denn  
wenn keine Kirche da war, so ist kein Protestant  
im Stande zu erweisen, daß sein Glaube in den  
Büchern der Propheten und Apostel enthalten sey,  
weil dieses ohne Zeugniß und Auctorität einer Kir-  
che



Sæculum VII pulis, eruditum selegerunt, miseruntque  
 A C. 664. Romam Archiepiscopum ordinandum,  
 qui deinde Episcopos in omnibus Anglo-  
 rum Ecclesiis ordinare posset; nam Rex  
 Egber.

che nicht kann dargethan werden. Auf die Schrift  
 haben sich alle Ketzer bezogen; weil sie aber nicht  
 haben darthun können, daß sie den wahren Ver-  
 stand der Schrift begriffen, waren sie Ketzer.  
 Ferner saget Herr Mosheim: Hat es der Herr  
 erlaubet, daß dieser Glaube mit der Schrift  
 eine geraume Zeit ist vergraben worden, und  
 keine sichtbare Anhänger gehabt hat, so hat  
 er es sonder Streit aus heiligen und ge-  
 rechten Ursachen erlaubet. Von uns kann  
 es niemand als ein Unsinniger fordern, daß  
 wir von Gottes Wegen und Regierung  
 Rede und Antwort geben solten. 2c. Wenn  
 der Herr erlaubt hätte, daß der Glaube und die  
 Schrift neun hundert Jahr lang wären vergrä-  
 ben gewesen, und keine sichtbare Anhänger gehabt  
 hätten, so bestünde das Versprechen Jesu Christi  
 nicht, & Portæ Inferi non prævalerent adversus  
 eam. † Denn ein Glaube, welcher neun hundert  
 Jahre keine sichtbare Anhänger gehabt hätte, wür-  
 de ein neun hundert Jahre lang von der Hölle  
 überwundener und vertilgter Glaube seyn wider  
 das Versprechen Jesu Christi. Das ist nun die  
 Antwort des Herrn Mosheim, welcher unter den  
 Herrn Protestanten ein Geist der ersten Größe  
 ist, und weil er nichts bessers antworten kann, so  
 müssen diejenigen unsinnige Leute seyn, welche die  
 Frage an die Herren Protestanten stellen: Wo  
 war

† Matth. 16.  
 v. 18.



Egbertus vehementi desiderio tenebatur <sup>Sæculum VII</sup> habendi Episcopum suæ Gentis, a quo <sup>A. C. 664.</sup> lingua patria erudiretur. Vigardus Romanam pervenit, & Vitaliano Papæ Epistolas, & utriusque Regis dona, nempe <sup>Bed. L.IV.</sup> magnam vasorum aureorum & argenteorum vim reddidit. <sup>c. I.</sup> Sed ecce! post breve temporis spatium exorta feralis pestis ipsum, & ferme omnes itineris socios sustulit. Tum Papa suos ad consilium adhibuit, quem Archiepiscopum in Angliam mitteret, & interim, datis ad Osuinum Responforiis, zelum ejus laudavit, <sup>III. c. 29.</sup> exhortans, ut constans esset, & Ecclesiæ Romanæ Traditiones tam ad Quæstionem de Paschate, quam ad alios Ritus pertinentes, observari curaret. Tandem subjungit: *Reliquias tibi Beatorum Apostolorum SS. Petri & Pauli, & Martyrum S. Laurentii, Sanctorum Joannis & Pauli, Sancti Gregorii, & S. Pancratii, selectissimæ quoque Conjugi tuæ Crucem, in qua Clavis aurea de vinculis S. Petri includitur, mittimus.*

## U 4 §. XXXVIII.

war euer Glaube? Wo war eure Kirche vor Luther? Ich überlasse aber dem Leser das Urtheil, ob nicht vielmehr die Herren Protestanten uns Katholicken auf diese für sie in der That erschreckliche Frage noch bis auf diesen Tag eine zureichende Antwort schuldig verbleiben?



Sæculum VII  
A. C. 665.

§. XXXVIII.

*S. Anastasii Apocrisarii Obitus.*

*Epist. ad  
Theod. Act.  
S. Max. p. 68*

Anastasius Apocrisarius, S. Maximi Discipulus, a Magistro suo & altero Anastasio avulsus in plures Arces relegatus, & septem mensibus per totam Lazicum Regionem circumductus est. Pedibus incedere cogebatur, seminudus, & propemodum fame sitique emortuus. Tandem viro illo, qui illi Regioni præfuerat, pulso, ejus Successor Gregorius Virum Sanctum humane habuit, misitque in Monasterium, ubi ei omnia ad vitam necessaria largiter suppeditabat. Anastasium invisit Stephanus, Ecclesiæ Jerosolymitanæ thesauro præfectus, qui Lazicam & Provincias vicinas peragrabat, ubique prædicans, quæ esset Doctrina Catholica, & Monothelitarum Hæresis, & calumnias in Anastasium confictas diluens; sed vir bonus in hoc itinere primo die Jan. Indictione octava, anno 667. naturæ concessit. Ex hoc tertio Exilio Anastasius datis ad Theodosium, Presbyterum Gangrensem, & Jerosolymæ Monachum litteris omnia narrat, quæ sibi hucusque evenissent, rogatque, ut sibi Acta Concilii Romæ sub S. Martino Papa celebrati mitteret; quippe, ut etiam in exilio Romanæ Ecclesiæ prodesset, Doctrinam Catholicam omnibus notam



tam facere satagebat. Cum ista Episto- Sæculum VII  
 la misit sua ex parte Theodosio A. C. 665.  
 ex S. Hippolyto Episcopo Portuensi pro-  
 pe Romam & Martyre, quibus duæ in JE-  
 su Christo Voluntates, & duæ Operatio-  
 nes asseriebantur.

Hanc vero Epistolam, quis crederet?  
 ipse Anastasius industria, quæ prodigio  
 similis fuit, exaravit; nam cum manu  
 dextra truncatus fuisset, brachio suo fu- Hypomnest.  
 niculis jungi iussit duos bacillos, quibus p. 80.  
 calamum tenebat, atque hac arte plura  
 alia scripsit. Tandem ad Cœlestia mi-  
 gravit in Arce Thusuma ad radices mon-  
 tis Caucasi, editis in vita non paucis mi-  
 raculis, multisque ad veram Fidem con-  
 versis. Duos reliquit Discipulos Theo-  
 dorum & Euprepium fratres, pistoris  
 Cæsarei filios, qui cum Anastasius primo  
 in exilium Trapezuntum migrare jube-  
 retur, Romam fugituri, prope Abydum  
 comprehensi, & Constantis Typo subscri-  
 bere recusantes, bonis suis & Dignitati-  
 bus privantur, flagris cæduntur, & Cher-  
 sonam in exilium mittuntur. Eupre-  
 pius natu minor ibidem vigesimo Octo-  
 bris Indictione decima quarta id est an-  
 no 670. vitam posuit. Theodorus ali-  
 quot annis superstes Theodosio Gangren-  
 si Presbytero ad se invisenti Reliquias  
 S. Martini Papæ in eodem loco vita fun-  
 cti scilicet Partem Orarii ejus, & ex ejus

U 5 san-



Sæculum VII sandaliis alterum donavit. Miracula  
 A. C. 666. quoque, quibus ejusdem Sepulchrum ce-  
 lebrabatur, enarravit.

## §. XXXIX.

*Concilium Emeritanum.*

to. 6. Conc.  
 p. 497.

c. 3.

c. 5.

c. 7.

c. 8.

Sup. Lib.  
 XXXVIII.  
 §. 20.

In Hispania duodecim Episcopi Provin-  
 ciæ Lusitanæ, Emeritæ Urbe Metro-  
 poli, sexto Nov. Recesuisti Regis anno  
 decimo octavo, æra 704. seu anno sex-  
 centesimo sexagesimo sexto, in Synodo  
 congregati viginti Canones condiderunt.  
 In primo Fidem suam profitentur. Dein-  
 de præcipitur, ut, Rege in castra profe-  
 cto, singulis diebus Sanctum Sacrificium  
 pro ipso & toto exercitu offerretur. (\*)  
 Episcopus, si in propria Persona ad Con-  
 cilium ire nequeat, non Diaconum mit-  
 tat, sed Archipresbyterum suum, aut  
 saltem Presbyterum, qui post Episcopos  
 federe, & pro illo, qui eum misit, re-  
 spondere possit. Episcopus, si a Conci-  
 lio abfuerit, in Cellula includatur ad cer-  
 tum tempus, & Pœnitentiam agat. Qui-  
 libet Episcopus in Ecclesia sua Cathe-  
 drali Archipresbyterum, Archidiaconum,

(\*) Ejusmodi exemplis convincuntur Prote-  
 stantes; non tantum Jesu Christi Corpus in com-  
 memorationem Redemptionis nostræ sumere,  
 sed etiam ad impetrandas novas a Deo Grati-  
 as in Missa illud offerre, antiquissimam Fidelium  
 consuetudinem esse.



num, & Primicerium habeat. Hi tres <sup>Sæculum VII</sup>  
 nimirum, ut supra adnotavi, omnium <sup>A. C. 666.</sup>  
 Clericorum Principes erant. Episcopus c. 12.  
 Presbyteros & Diaconos, quos ad se sub-  
 levandum idoneos existimaverit, e Pa-  
 rochiis evocare, eorumque opera in Ec-  
 clesia Principali seu Cathedrali uti possit;  
 ipsi tamen omnem curam illarum Eccle-  
 siarum, e quibus evocati fuerint, non  
 dimittant, sed redditus percipiant, con-  
 sentiente Episcopo, Presbyteros vices  
 suas subituros constituent, eisque pen-  
 siones annuas præbeant. Hic videmus, c. 13.  
 unde Canonici, Parochi primitivi, origi-  
 nem duxerint. Episcopus Bona Eccle- c. 20. 21.  
 siæ Clericis bene meritis concedere va-  
 leat, ut hoc exemplo etiam alii tra-  
 hantur.

Oblationes, quæ sub Missam Ecclesiæ  
 fiunt, in tres partes dividantur. Pars  
 prima Episcopo, secunda Presbyteris &  
 Diaconis, tertia Subdiaconis & Clericis  
 inferioribus detur. Episcopi non am- c. 16.  
 plius tertiam partem reddituum ex Pa-  
 rochiis accipiant, sed ad facta tecta impen-  
 datur, & si Parochiæ inopia laborent, E-  
 piscopus suis sumptibus ædificia reparat. c. 9.  
 Presbyteri pro Baptismo parvulorum ni-  
 hil exigant; si vero aliquid ultro obla-  
 tum fuerit, accipere liceat. Presbyte- c. 18.  
 ri in Parochiis Clericos ex Servis Eccle-  
 siarum suarum sibi eligant, eisque pro  
 modo



Sæculum VII modo redituum stipendia dent. In qui-  
 A. C. 667. busdam casibus plures Ecclesiæ unius  
 Presbyteri curæ committuntur, quia sin-  
 gulæ Presbytero sustentando non suffi-  
 ciunt. Si res ita se habeat, Presbyter  
 omnibus Dominicis in singulis Ecclesiis  
 Sacrificium offerat, & pro Fundatoribus  
 oret.

Ex his dispicimus, uni Presbytero, id  
 postulante necessitate, plures Missas una  
 die celebrare licuisse. Hæc mihi Cano-  
 nes Concilii Emeritani legenti notatu di-  
 gna visa sunt.

## §. XL.

*S. Ildephonsus Toletanus.*

Sanctus Ildephonsus Archiepiscopus To-  
 letanus, illa ætate maximum Eccle-  
 siæ Hispanicæ Decus, extinctus est sub  
 initium anni sequentis, Recesuinti Regis  
 Mart. Rom. decimo nono, nempe 667. vigesimo ter-  
 23. Jan. tio Jan. quo die Ecclesia ejusdem Mem-  
 oriam colit. Is adhuc Juvenis de Bonis  
 Julian. to. 2. suis Monasterium Virginum fundavit,  
 Act. SS. & se ipsum in Monasterio Agaliensi, cu-  
 Ben. p. 516. jus Abbas fuit, Deo consecravit. Inde  
 invitatus jubente Principe Toletum red-  
 ctus, & Eugenio II. anno 658. vita fun-  
 cto Episcopus ordinatus, Sedem tenuit  
 annis novem & duobus mensibus, & in  
 Ecclesia S. Leocadiæ infra pedes Ante-  
 cessoris sui sepultus est. Multa S. Ilde-  
 phonsus



phonfus reliquit ingenii sui Monumenta, Sæculum VII  
A. C. 667.  
quæ in quatuor partes dividebantur.

Prima præter alios complectebatur Tractatum de Virginitate Sanctæ Virginis, qui solus nobis superest, & Tractatum de Proprietate Divinarum Personarum. Pars secunda ejus Epistolas continebat, Tertia Missas, Hymnos, & Sermones, in quarta varia opuscula, atque etiam Epitaphia & Epigrammata partim ligata Bibl. PP.  
Paris to.8.  
p. 264. partim profaica oratione concinnata legebantur. Idem S. Isidori Catalogum v. Lab. Scr.  
Eccles. to.1.  
p. 505. de Viris illustribus continuavit. Alius Dupin. to.7.  
p. 110. quoque Tractatus de Virginitate S. Virginis, & duodecim Sermones in quædam Virginis festa S. Ildephonso a quibusdam tribuuntur, quæ ipsius esse, Eruditi sibi persuadere non possunt.

## §. XLI.

*Causa Joannis Lappensis.*

Eodem anno 667. 19. Dec. Joannes, Epist. 1.  
Vital. to.6.  
Cont. p. 445. Episcopus Lappensis in Insula Creta, Romæ Vitaliano Papæ in Ecclesia S. Petri Libellum obtulit, quo eum obtestabatur, ut sibi jus suum tribueret, & Sententiam contra se & alios Cretæ Episcopos a Paulo Archiepiscopo & Metropolita suo latam rescinderet. Post aliquot dies, cum Papa Concilium ad examinandam hanc Causam convocasset, lecta sunt Acta Concilii Cretensis a Paulo trans-



Sæculum VII transmissa, atque Libello supplici con-  
A. C. 667. sentanea inventa; Patribus vero Conci-  
 lii visum, sententiam contra Joannem  
 non secundum timorem Dei & Canones  
 fuisse latam, & inprimis indignabantur,  
 quod in carcere fuisset custoditus, unde  
 in Curiam Archiepiscopi deductus, ea,  
 quæ Archiepiscopus cupiebat, dicere  
 fuisset compulsus, & postea denuo mis-  
 sus in carcerem. Præterea contra Ca-  
 nones & Leges ab eo petierant, ut va-  
 des daret. Tandem Joannes Litteras(\*)  
 ad Papam poposcerat, quas Paulus Ar-  
 chiepiscopus tanquam contra fas petitas  
 dare renuerat.

Itaque Concilium Romanum Judi-  
 cium & Sententiam Concilii Cretenfis  
 contra Joannem Lappensem latam irrita-  
 vit, eum innocentem pronunciavit, præ-  
 cepitque, ut damnum omne, quod ipse  
 & Ecclesia ipsius tulissent, repararetur.  
 Hoc modo absolutum Papa Missæ suæ  
 cum ceteris Episcopis adesse voluit. Tum  
 litteris ad Paulum Archiepiscopum datis  
 Judicii Romani Sententiam significat,  
 jubetque, ut exequatur. *Mox ubi hæc  
 mandata perlegeris, inquit Papa, ea sta-  
 tim illi, qui defert, reddes, quo Joanni  
 Episcopo & Ecclesiæ ejus securitas præ-  
 stetur.* Joanni Episcopo per Sicilia lit-  
 tora,

(\*) Hodie Apostoli dicuntur.



tora, ubi Cæsar morabatur, in patriam redituro Papa duas tradidit Epistolas commendatitias, unam ad Vaanum Cubicularium & Chartularium Imperatoris, alteram ad Georgium Episcopum Syracusanum. Prima 27. Jan. 668. Indictione undecima data est.

Sæculum VII  
A. C. 668.

ep. 2. 4.

§. XLII.

*Constantis Fata. Constantinus Pogonatus Imperator.*

Constans Imperator jam toto quadriennio Syracusis versatus subjectos sibi populos, innumeris exactionibus tam agrorum possessores secundum tabulas, quas habebat, quam ceteros habitatores imposito censu viritim præstando vexabat. Nec illi exempti, qui rem maritimam curabant. A maritis uxores, a parentibus liberi abstraherantur, nemo ab injusta vi satis securus degebat. Vasa Sacra & Ecclesiarum thesauri diripiebantur. Tandem decimo quinto Julii, hujus anni 668. Indictione undecima cum Imperator Syracusis Balneum, quod *Daphne* vocabant, esset ingressus, Andreas Troili filius Principem quasi obsequii causa secutus, corpus sapone odorato purgantis capiti situlam ter quaterque impingit, effugitque. Tum postquam foris excubantibus mora nimis longa visa est,

Anast. in  
Vital.

Theoph. an.  
27. p. 292.



Sæculum VII est, intrant, & Imperatorem in balneo  
 A.C. 668. exanimem vident. Hic Constantis Im-  
 peratoris, anno Regni sui vigesimo se-  
 ptimo, exitus fuit. Ipsi corpore terra  
 mandato, Syracusis quidam Armenus spe-  
 ctabili corporis habitu, cui nomen Me-  
 zizi, seu Mezzeti, Imperator proclama-  
 tur; sed Constantinus Constantis filius  
 primogenitus, accepto de morte paren-  
 tis sui nuncio, Constantinopoli cum  
 Classe in Siciliam adveniens, Mezetum  
 captum, ceterosque parentis sui percus-  
 sores capite plectit. Tum rebus in Oc-  
 cidente compositis Constantinopolim  
 reversus cum duobus Fratribus Tiberio  
 & Heraclio imperavit. Hic Constanti-  
 nus Pogonatus appellatus est, quod im-  
 berbibus Constantinopoli profectus cum  
 barba rediisset. Ceterum regnavit an-  
 nis septendecim.

*Sup. n. 16.*  
*Theoph. an.*  
*10. p. 289.*  
*Niceph. Chr.*  
*Conc. 6. Act.*  
*14. p. 964.*  
*Theoph. an.*  
*1. p. 193. &c.*  
*& an. 5. p.*  
*294.*

Interim Constantinopoli novus Pa-  
 triarcha Sedem tenebat; nam Petrus,  
 postquam sedisset annis duodecim & se-  
 ptem mensibus, anno 660. fatis functus  
 Successorem habuit Thomam Diaconum  
 & Chartophilacem seu Tabularii Ecclesie  
 Constantinopolitane Custodem, qui an-  
 nis duobus & mensibus septem Episco-  
 patum obtinuit. Scripsit, ut mos erat,  
 Epistolam Synodicam ad Vitalianum Pa-  
 pam; sed eam ob continuos sub ejus Pon-  
 tificatu Saracenorum incurfus mittere  
 non



non potuit. Hi primo Constantini re-  
gnantis anno irruptione in Africam facta Sæculum VII  
A. C. 668,  
octoginta millia hominum in captivita-  
tem abstraxerunt, & anno sequente Cy-  
zicum occuparunt, unde ipsam Civita-  
tem Constantinopolitanam laceffebant.

Illa tempestate quispiam, Callinicus  
nomine, ignem Græcum, qui sub unda  
ardebat, ad consumendas Saracenorum  
naves invenit.

§. XI. III.

*S. Theodorus Cantuariensis.*

Vitalianus Papa virum quærens di-  
gnum, qui Archipræsulatu in Anglia  
emineret, ex Monasterio Niridano pro-  
pe Neapolim Adrianum Abbatem in Afri-  
ca natum, virum in sacris litteris doctis-  
simum in Disciplina Monastica & Eccle-  
siastica exercitum, & præterea linguæ  
græcæ & latinæ gnarum accersivit. A-  
drianus respondit, se quidem tanto ho-  
nore esse indignum, sed notum sibi esse  
virum, quem Doctrina & ætas ad susci-  
piendum Episcopatum se magis idoneum  
faceret. Fuit is Monachus, nomine An-  
dreas, quem omnes, qui eum noverant,  
dignum quidem censuerunt; at infirmi-  
tates corporis obstabant, quo minus tan-  
tum onus subire posset. Ergo iterum A-  
drianum urgent, ut Munus acceptaret.

*Bed. IV. hist. 6. 1.*  
*Sup. n. 7.*

*Hist. Eccles. Tom. IX.*

X

Ille



**Sæculum VIII** Ille moram petiit, sperans, interim virum  
A.C. 668. alium inveniri posse.

Tunc Romæ versabatur Monachus nomine Theodorus, natus Tarfi in Cilicia Litteris Divinis humanisque Græce & Latine instructissimus, optimis moribus, & ætate venerabilis, nam annum vitæ sexagesimum sextum numerabat. Hunc Adrianus sibi notissimum Papæ obtulit, & persuasit, ut Episcopus ordinaretur; addidit vero conditionem Pontifex, ut Adrianus in Angliam proficiscentem comitaretur, & dux esset itineris, qui bis antea in Galliam navigasset. Id quoque Papa præcepit, ut unacum Theodoro erudiendis Anglis infudaret, & curam gereret, ne quidquam Fidei contrarium in illam Ecclesiam introduceret, cujus culpæ reos Græci non nunquam se faciebant.

Theodorus Subdiaconus ordinatus quatuor menses deinde expectavit, donec crescerent capilli sui, & in formam coronæ tonsurari posset; nam Monachi Græci toto capite raso incedebant, jactabantque, se hac in re S. Jacobum & S. Paulum Apostolos imitari. Tandem Vitalianus Papa Theodorum Die Dominico, vigesimo sexto Martii anno 668. Episcopum ordinavit.

S. Benedictus Biscopius tunc Romæ versabatur, quo jam tertio venerat; nam post



post primum iter cum S. Wilfrido, suscepit & alterum cum Alfrido Regis Osuini Filio, ex quo redux in Insulam Lerinensem trajecit, ibique Tonsura initiatus, Disciplinam Monasticam amplexus est. Postquam ibi annis duobus fuisset commoratus, tertio Romam profecto Vitalianus Papa, cui S. Benedicti merita perspecta erant, recens ordinatum Episcopum Theodorum commendavit, iussitque, ut peregrinationis, quam susceperat, proposito majoris utilitatis causa dimisso, in patriam rediret, illo Theodorum comitaretur, cui Dux esset, & Interpretes. Obediit Biscopius Pontificis præcepto, & in Angliam navigaturus cum Episcopo Theodoro, & Adriano Abbate 27. Maj. anno 668. Roma excessit.

Cum itinere maritimo Massiliam appulissent, & inde terrestri Arelatem pervenissent, Papæ Epistolis Joanni Archiepiscopo redditis, apud eum commorari rogati sunt, donec iter suum proseguendi licentiam ab Ebroino, Majore Domus, obtinuissent. Hac accepta Theodorus Parisios venit ad Agilbertum Episcopum, qui diu in Anglia versatus eum consilio juvare poterat. Humanissime ab eo exceptus diu in ejus Domo mansit. Adrianus primo ad Emmaum seu Emmonem Archiepiscopum Senonensem, deinde Meldas ad S. Faronem divertit, & diu ibi

X 2 fuit,

Sæculum VII  
A C. 668.

vit. per. Be.  
c. 2. Act. p.

Sup. n. 35.



Sæculum VII fuit, quia hyems proxima proficisci ve-  
 A. C. 669. tabat. Idem hic est Emmon qui ante a-  
 liquot annos Monachis S. Petri † Privi-  
 legium concesserat, celebrato triginta E-  
 piscoporum Concilio, cui suæ Provinciæ  
 Episcopi, ut S. Audoenus, S. Faro, S. E-  
 ligius & S. Amandus interfuere. Egber-  
 tus Rex Cantiorum, comperto, Episco-  
 pum, quem sibi mitti a Papa postulaverat,  
 esse in Francia, illico Optimatum ali-  
 quem misit, venientem excepturum, qui  
 obtenta ab Ebroino licentia Episcopum  
 ad portum *Quentavic*, qui hodie S. Jodo-  
 ci in littore nominatur, deduxit. Theo-  
 dorus cum in morbum incidisset aliquan-  
 to tempore ibi acquievit; mox ubi con-  
 valescere cœpit, in Angliam cum Bene-  
 dicto Biscopio delatus, anno post Ordi-  
 nationem suam secundo, Die Dominica,  
 vigesima septima Maji, anno 669. Sedis  
 suæ Cantuariensis possessionem adiit, at-  
 que hanc Ecclesiam annis viginti & uno,  
 tribus mensibus, & diebus viginti sex  
 rexit; Benedicto autem statim Regimen  
 Monasterii S. Petri commisit.

Adriano aliquamdiu in Francia de-  
 tento ab Ebroino, qui eum Imperatoris  
 mandata in Francorum Regni perniciem  
 causa ad Reges Angliæ deferre suspicaba-  
 tur, ubi satis exploratum fuit, nullas i-  
 psum habere ab Imperatore litteras, per-  
 missum est Theodorum sequi in Angliam,  
 a quo,

† Le vif de-  
 Sens.

to. 6. Conc.  
 p. 534.

c. 1.  
 vit. Ben.  
 Biscop.



a quo, postquam advenit, Monasterio S. Petri, quod duobus annis Benedictus moderatus fuerat, præesse jubetur; quippe, cum Roma discederent, Papa Theodoro præceperat, ut Adriano locum in sua Diœcesi assignaret, ubi cum suis commode habitare posset.

Sæculum VII  
A. C. 669.

§. XLIV.

*S. Leodegarii initia.*

Eodem anno 669. in Francia Rege Clotario III. juvene, postquam regnasset annis ferme quatuordecim, vita functo, Theodoricus III. Frater ejus in Regno Neustria & Burgundiæ successit; at brevi post tempore Franci, Seditio in Ebroinum, qui sub Theodorici nomine regnabat, commota, Childericum II. Austrasiæ imperantem solum Franciæ Regem sub Wulfoadi, Majoris Domus ejus cura proclamant.

*Fredeg. cont. in n. 93. 94.*

Legerius, seu Leodegarius Episcopus Augustodunensis, quo tunc temporis inter Optimates Franciæ nullus potentior, ex primis illius Gentis stirpibus natus, puerulus mittitur ad Aulam Regis Clotarii II. qui eum post breve tempus ad Didonem Episcopum Pictaviensem, Propinquum ipsius litteris imbuendum misit. Episcopus Leodegario quemdam Presbyterum, Magistrum peritissimum, dedit, & elapsis aliquot annis juvene-

*vit. auct. Urs. to. 2. Aft. Ben. p. 669.*



Sæculum VII in Domo sua versari voluit, ut exemplo  
A. C. 669. suo & hortatu ejusdem morum integri-  
 tatem custodiret; quippe, si ipse natura  
 concederet, ei Episcopatum destinabat.  
 Annos natum viginti Diaconum ordina-  
 vit, & post non longum temporis spa-  
 tium Archidiaconi Officium tribuit, to-  
 tius Diœcesis Regimen ipsi committens.  
 Erat Leodegario justa statura, forma  
 eximia, virilis prudentia & eloquentia  
 victrix, quibus donis omnium hominum  
 animos sibi conciliabat. Cum, S. Ma-  
 xentio mortuo, Episcopus ejus Propin-  
 quus illius Abbatix Regimen ei contu-  
 lisset, per annos sex sapientissime præ-  
 fuit, & Monasterium multis Bonis locu-  
 pletavit.

S. Viri fama in Regiam Clotarii III.  
 & S. Batildis matris ejus pervaserat;  
 hinc eum sibi mitti ab Episcopo Picta-  
 viensi Propinquo ipsius petierunt. Ille  
 in Aula haud diu versatus Regis, Reginae,  
 Episcoporum, Optimatumque animos  
 sibi rapuit; omnes Episcopatu dignum  
 judicabant. Exinde Ferreolo Episcopo  
 Augustodunensi defuncto, qui hanc Se-  
 dem ambiebant, eo furore accensi sunt,  
 ut in cædes prorumperent. Unus occi-  
 sus, alter tanquam parricidii Auctor re-  
 legatus est, atque Ecclesia Augustodu-  
 nensis annis ferme duobus vacavit. Tan-  
 dem ut scandalorum finis esset, S. Batil-  
 dis

*vit. Anon.*  
*ibid. p. 681.*

S. Leodega-  
 rius Episco-  
 pus Augusto-  
 dunensis.



dis Regina circa annum 659. Leodega- Sæculum VII  
 rium ad illam Sedem Episcopum ordina- A. C. 669.  
 ri curavit. Ipse sua præsentia turbas  
 composuit, animosque tum hortatu tum  
 minis adhibitis sedavit. Ceterum nihil  
 antiquius habuit quam pauperes alere,  
 & Ecclesias exornare, quibus vasa pretiosa  
 donavit, aureis lacunaribus decoravit,  
 Baptisteria in formam augustiorem extru-  
 xit, & Corpus S. Symphoriani transferri  
 iussit. Imo Civitatis muros quoque re-  
 stauravit. Præterea Clericos suos solli-  
 cite erudiebat, & populo suo Verbum  
 Dei assidue prædicabat.

S. Leodegarius decennium in Episco- *vit. Urf.*  
 patu exegerat, cum Rex Clotarius III. *p. 700.*  
 naturæ concessit. Hoc nuncio percepto

frenue ad Regiam profectus est, de ele-  
 ctione novi Regis cum ceteris Proceri-  
 bus deliberaturus. Pars Optimatum  
 Childericum Regem expetebat, qui ha-  
 bita ætatis ratione Regnum suum Austra-  
 siæ bene moderari dicebatur. Econtra  
 Ebroinus Regi Theodorico favebat, qui  
 etiam aliquamdiu regnavit, cum autem  
 Ebroinum avaritia & crudelitas omnibus  
 invisum redderet, Franci insolentem ex-  
 osi Dominum, nam ipse sub umbra Re-  
 gis Theodorici regnabat, omnes se se  
 Childerici imperio subjecerunt. Tunc  
 vero Ebroinus desertum se sentiens ad  
 Ecclesiam confugit, & Regem flagitavit,



Sæculum VII ut sibi vitam servaret, liceretque in Mo-  
A. C. 669. nasterium se recipere. Non nullis Epis-  
 copis & præcipue Leodegario, quamvis  
 eum Ebroinus impiis consiliis semper ad-  
 versum odisset, veniam rogantibus, Rex  
 supplici pepercit, & ille abscissis capillis  
 in Abbatia Luxoviensi Cucullum induit.  
*Urs. n. 4.* Rex Theodoricus quoque attonsus, &  
*vit. Coint.* in Abbatiam S. Dionysii inclusus. S. Leo-  
*an. 670. n. 2.* degarii sub auspiciis Regni Childerici II.  
 maxima Auctoritas fuit, & Titulo Majoris  
 Domus ejus decoratus legitur.

*to. 6. Conc.*  
*p. 535.*

Referuntur quidam Canones Synodi  
 Diocesanae Augustoduni a S. Leodega-  
 rio celebratae, quorum primus præcipit,  
 ut omnes Presbyteri & Clerici Symbo-  
 lum, quod S. Athanasio tribuitur, memo-  
 riæ mandent. Reliqui Canones ad Mo-  
 nachos pertinent, iisque inter alia pro-  
 hibetur, ne quid proprium possideant,  
 ne ad Civitates discurrant, nisi in Causis  
 Monasterii, & tunc habeant litteras Ab-  
 batis sui ad Archidiaconum directas.

Iisdem præcipitur, ut Canones & Re-  
 gulam S. Benedicti (\*) observent, com-  
 munis sit omnium labor, hospites exci-  
 piant, sub pœna verberationis vel excom-  
 municationis ad triennium.

§. XLV.

(\*) Ex his dispicimus, illa ætate Regulam  
 S. Patri Nostri in Galliis, &, ut supra memora-  
 tum, in Anglia, speciatim fuisse receptam.



## §. XLV.

*Viri Sancti in Francia.*Sæculum VII  
A. C. 669.

Sanctus Audomarus Episcopus Teru-  
nensis, postquam hanc Ecclesiam re-  
xisset annis triginta, obiit sub idem tem-  
pus, nempe, ut creditur, anno 668. nono  
Sept. quo die Ecclesia ejus memoriam co-  
lit. Duobus ante obitum annis Trans-  
lationi Reliquiarum S. Vaasti interfuerat.  
S. Vaastus Oratorio ad Honorem S. Pe-  
tri prope Atrebatum ædificato, ibi post  
mortem suam sepeliri cupiebat; at de-  
functi cultoribus visum, ejus corpus in  
Ecclesia Cathedrali S. Virgini dedica-  
ta tanquam loco digniore esse depo-  
nendum. Postquam ibi centum viginti  
octo annis quievisset, S. Authbertus septi-  
mus Atrebatensium Episcopus credidit,  
Divinitus sibi imperari, ut S. Vaasti vo-  
luntatem adimpleret, & pro Oratorio  
S. Petri magnam Ecclesiam, dignam tan-  
to thesauro Sedem, ædificaret. Igitur  
Monasterium extruere cœpit, postea a  
S. Vindiciano ejus Successore, S. Eligii Di-  
scipulo, perfectum. Hæc est celebris Ab-  
batia S. Vaasti Atrebatensis, ejusque pri-  
mus Abbas fuit Hatta, ex Monasterio  
Blandimontensi prope Gandavum, cujus  
Regimen simul retinuit.

*Coint. an.**668. n. 7.**Mart. Rom.**9. Sept.**ap. Coint. an.**666. n. 1.2.**Acta Ben.**to. 2. p. 985.**Coint. an. 668**n. 9.**Mart. Rom.**Ad 13. Dec.*

S. Authberti quoque obitus ad annum  
668. refertur, atque ejus Memoria 13.  
Dec. in Ecclesia honoratur.

X 5

Ad

13. Dec.



Sæculum VII Ad eundem etiam annum refertur  
 A. C. 669. passio S. Theodardi Episcopi Trajecten-  
 sis, Discipuli & Successoris S. Remacii.  
 vit. ep. Sur. Hunc ad Regem Childericum, qui tunc in  
 10 Sept. Aufrasia morabatur, iter facientem, &  
 Coint. an. restitutionem Bonorum Ecclesiæ suæ, a  
 668. n. 11. quibusdam privatis hominibus occupa-  
 torum, postulaturum, iidem Usurpatores  
 in Silva Benaltina prope Nemeream, ho-  
 die Spiram, jugulant, & corpus in frustra  
 concidunt. Illa deinde S. Lambertus,  
 ejus Successor, collecta Tungros revexit.  
 Mart. Rom. Ecclesia S. Theodardum decimo Sept.  
 10. Sept. inter Martyres colit.

Tom. 3. Act.  
 Ben. p. 69.

S. Lambertus seu Landebertus Tra-  
 jecti nobilibus & opulentis parentibus  
 natus, atque ex familia jam diu Christia-  
 na, jussu Patris in Sacris litteris eruditus,  
 ab eodem S. Theodardo singulari cura  
 educandus traditus est. S. Episcopus  
 pium juvenem tanti faciebat, ut eum sibi  
 Successorem eligi præcepisset, si id per  
 Canones licuisset; verum ipso defuncto  
 Lambertus, populo se expetente, Rege  
 Childerico, illique, qui in ejus Aula Re-  
 gni habenas moderabantur, consentien-  
 tibus, electus Episcopus, magna Auctori-  
 tate Sedem tenuit.

Act. Bon.

Sac. 3. par. 2.  
 p. 468.

In eodem Aufrasiæ Regno, legimus  
 plures SS. Episcopos amore vitæ Mona-  
 sticæ Pontificatum abdicasse. S. Gum-  
 bertus seu Gundelbertus, Archiepisco-  
 pus



pus Senonensis in deferta Vogesi Montis Sæculum VII  
 secedens cujusdam vallis regionem a Re- A. C. 669.  
 ge Childerico obtinuit, ubi Monasterium  
 condidit sub Regula S. Benedicti, illud-  
 que patriæ suæ nomine Senones (\*) vo-  
 luit appellari. Cum suo Monasterio a-  
 liquanto tempore præfuisset, anno circi-  
 ter 675. in pace quieuit.

S. Deodatus quoque Episcopus Niver-  
 nensis, postquam populum suum mo- p. 472.  
 nuisset, ut alium sibi Pastorem eligeret,  
 Ecclesiam suam reliquit, & quibusdam  
 Discipulis comitantibus in Alsatiam ad  
 montem Vogesum se recepit. Ibi Sede  
 sæpius mutata tandem in Valle Galilæa,  
 sibi a Rege Childerico donata, fundavit  
 Monasterium Gallico nomine, de Jointu-  
 res, dictum, quod ibi confluentes duo a-  
 mnes undas miscerent. In illo Monaste-  
 rio anno, ut creditur, 679. vita functus,  
 Abbatem Successorem reliquit S. Hidul- p. 477,  
 phum genere Bavarum, qui Treviris vi-  
 tam Monasticam amplexus, circa annum  
 666. mortuo Numeriano, illius Eccle-  
 siæ Episcopus electus est. Postquam  
 deinde hanc Ecclesiam annis decem re-  
 xisset, in Regionem Vogesinam se re-  
 cipiens fundavit Minus-Monasterium † † Mojen  
 quod Moustier.

(\*) Istud S. Ordinis nostri Cænobium, quod  
 hodieque floret, Reverendissimus Abbas Calme-  
 tus editis eruditissimis libris illustrius reddidit.



Sæculum VII quod non reliquit, ut Monasterium  
 A. C. 669. de Jointures regeret, sed satius es-  
 se existimavit, si huic Priorem præfice-  
 ret. Vir senex labore manuum suarum  
 alebatur, atque Monachos ferme trecen-  
 tos regebat, usque ad annum 707. su-  
 perstes.

*Act. to. 2.*  
*p. 1065.*

*Sup. Lib.*  
*XXIX.*

*c. 39.*  
*Act. to. 1.*  
*p. 570.*

S. Claudius Archiepiscopus Vefun-  
 tinus, cum illi Ecclesiæ septem annis  
 præfuisset, anno circiter 681. ad Mona-  
 sterium Condatense, quod tunc tempo-  
 ris S. Oyeni, id est, S. Eugendi, tertii il-  
 lius loci Abbatis anno circiter 510. de-  
 functi, dicebatur, se se recepit, ejusdem-  
 que Monasterii Abbas electus anno 686.  
 Regem Clodoveum III. adiit, rogans, ut  
 ademptos Monasterio redditus restitui ju-  
 beret. Itaque cum in eum finem Pari-  
 sios venisset, necessarias a Rege Epistolas  
 accepit. S. Claudius anno IV. Childe-  
 berti II. id est anno 698. migravit e cor-  
 pore. Abbatia Condatensis hodie non  
 alio nomine quam S. Claudii nota est,  
 ibique Corpus ejus integrum piorum pe-  
 regrinantium frequentia celebratur. Ec-  
 clesia vero Memoriam S. Claudii sexto  
 Junii, S. Hidulphi undecimo Julii, S. Deo-  
 dati, qui in illa Regione *S. Die* vocatur,  
 decimo nono Junii, & S. Gumberti vige-  
 simo primo Febr. colit.

*Mart. Rom.*  
*6. Jun.*



## §. XLVI.

*Ecclesia Anglicana.*

Sæculum VII

A. C. 669.

Theodorus Cantuariensis Archiepiscopi officia auspiciatus omnes Anglorum Provincias Adriano Abbate comitante obivit, & ubique propensos in se animos atque morigeros Fideles habuit. Itaque ubique rectam vivendi rationem *Bed. IV. hist.* docebat, & morem celebrandi Pascha *c. 2* cum Ecclesia Catholica stabiliebat; quippe Theodorus omnium primus Archiepiscopus fuit, cui tota Ecclesia Anglicana se submitit, idemque celeberrimæ illius scholæ, ex qua tot viri egregii prodierunt, Auctor extitit, cum enim tam Theodorus quam Adrianus non solum in Scientia Ecclesiastica, sed etiam in litteris humanis essent versatissimi, ingentem Discipulorum numerum quotidie informabant, S. Scripturam explanabant, Astronomiam, Arithmeticam Ecclesiasticam, id est, Calendarium ad invenendum diem Paschalem, & versus Latinos concinnare docebant. Multi tam linguam Latinam quam Græcam didicerunt, easque tam expedite ac patriam loquebantur. Felicissima tunc Angli vivebant tempora, cum Reges haberent tanta fortitudine, ut omnes Nationes barbaræ contremiscerent, & tanta Pietate, ut nihil in votis esset, quam vita cœlestis,   
cujus



Sæculum VII cuius spem, Christianam fidem suscipiendo conceperant. Qui in sacris litteris erudiri cupiebant, facile inveniebant idoneos Magistros, & Cantus Ecclesiasticus hæctenus in Regno Cantiorum solum cognitus in omnibus Anglorum Ecclesiis doceri cœpit.

Theodorus Ecclesias visitans, tollebat abusus, & in illis locis, ubi necessarium erat, Episcopos ordinabat, cumque Sedem Rosensem jam diu vacare sciret, ibi virum nomine Pottam Episcopum constituit, quem S. Wilfridus Presbyterum ordinaverat. Is quidem erat Vir simplex, at Disciplinam Ecclesiasticam & Cantum Romanum apprime edoctus, quem a Discipulis S. Gregorii didicerat.

Theodorus in loco ipso præsens Wilfridum Sedi suæ Eboracensi restituit, Ordinationem Ceaddæ Adversarii ejus irritam pronuncians; nam illa dupliciter peccabat in Canones, primo, quod Wilfridi injuria in hanc Sedem fuisset intrusus, & secundo, quod eum Angli Schismatici ordinassent. Ceadda ad Archiepiscopum dixit: *Si legitime non sum Episcopus, lubens ab dico Sacerdotium, quod me dignum esse nunquam credidi, & non nisi obedientia compulsus accepi.* His ad Monasterium suum Lestingense rediit; sed Theodorus & Wilfridus, viri Humilitate commoti, ei Episcopatum Mercio-

*V.S. Wilf.  
per Eddi.  
n. 15.  
Sup. n. 7.*



Merciorum morte Jarumani, quem anno <sup>Sæculum VII</sup> 669. <sup>A. C. 669.</sup> oppetiisse credunt, vacantem dederunt, & S. Wilfridus eidem concessit agrum, illorum lingua *Licesfeld*, id est, <sup>Suppl. Sæc.</sup> campum corporum, quod ibi ingens <sup>4. par. 2. p.</sup> tyrum multitudo, persequente Diocle- <sup>559.</sup> tiano, passa fuisset. Est hic locus in Co- <sup>Ceadda E-</sup> mitatu Stafordienſi ſitus, quem antea <sup>piſcopus.</sup> Rex Wulferus S. Wilfrido donaverat, ut in eo vel ſibi vel alteri Cathedram Epiſcopalem erigeret. Porro S. Wilfridus eandem S. Ceaddæ dedit, quem ipſe & S. Theodorus juxta Canones per omnes Gradus Eccleſiaſticos Epiſcopum ordinarunt. (\*)

S. Wilfridus, Sedi ſuæ Eboraceniſi reſtitutus, Eccleſiam olim a S. Paulo ædificatam, tunc pene collapsam, reparavit. Eam tegulis plumbeis munivit, parietes dealbari, fenestras inſertis ſpeculariis claudi juſſit, quæ res in illa Regione tam nova erat, ac contra pluvias & aves neceſſaria. Eccleſiam quoque Monasterii ſui Riponenſis ædificavit, eamque ſolemni pompa duobus Regibus Fratribus

(\*) Ecce! caſum pertinentem ad dilucidandam illam Quæſtionem, an Hæretici vel Schiſmatici valide ordinent; nam Ceadda ſupra a Schiſmaticis ordinatus dicitur. Si autem hic erratum, id contrariæ Sententiæ nocere non poteſt.



Sæculum VII tribus Egfrido & Elvino præsentibus de-  
A. C. 669. dicavit, in qua Cæremonia stans ante  
 Altare & ad populum conversus Fundos  
 a Regibus huic Monasterio donatos pu-  
 blice enumeravit. Præsertim vero do-  
 num, quod Vir Sanctus huic Ecclesiæ ac-  
 tulit omnes vehementer admirati sunt,  
 scilicet, Librum Evangeliorum litteris  
 aureis in pergameno purpureo scriptum,  
 laminis aureis tectum, & gemmis distin-  
 ctum.

*Bed. IV.*  
*hist. c. 3.*

Interim S. Ceadda a Rege Wulfero  
 perbenigne exceptus, simul Ecclesias  
 Merciorum, & Lindisfarnenses, vitam a-  
 gens sanctissimam, regebat. Pedibus  
 visitare Diœceses solitum S. Theodorus  
 compulit, ut equo uteretur, quando lon-  
 ga esset via, atque ut repugnantem vin-  
 ceret, eum equum conscendentem suis  
 manibus juit. Ceterum Ceadda, haud  
 procul ab Ecclesia constructis Cellis, ibi  
 quotiescunque a Functionibus Episcopa-  
 libus cessare licebat, cum septem octove  
 Monachis Orationi & lectioni se totum  
 dabat. Timore Dei S. Viri animus us-  
 que adeo implebatur, ut si, ipso lectioni  
 vacante, venti confurgerent, ad oratio-  
 nem confugeret, si increbescerent, li-  
 brum clauderet, & se pronum in terram  
 demitteret, si furere non cessaret tem-  
 pestas, fulgura micarent, & mugirent  
 tonitrua, in Ecclesiam se conferret, Psal-  
 mos



mos recitaret, aliasve preces, dum tur-  
 bo p̄tateriiffet. Causam trepidationis A. C. 670.  
 exquirentibus respondebat: *His aëris*  
*motibus monemur a Domino, ut terribilis*  
*ejus Judicii meminimus, & quasi dex-*  
*tram extendit, antequam feriat.* S. E-  
 piscopus eam Ecclesiam non ultra annos  
 duos rexit, obiitque anno 672. secundo  
 die Martii, quo Ecclesia ejus memoriam  
 colit. Sepulchrum ejus miraculis cele-  
 bratum. Winfridum, diu sub S. Ceada  
 Diaconi Officio functum, Theodorus  
 ad regendas Ecclesias Merciorum & Lin-  
 disfarnensem ordinavit.

Osuinus Rex Nordhumbriæ fato fun-  
 ctus erat ante annos duos, scilicet, anno  
 670. 15. Febr. annos natus quinquaginta  
 octo. Disciplinæ Romanorum amanti-  
 simus animo constituerat, si a morbo, ex  
 quo obiit, convaluisset, Romam profi-  
 cisci, sacra loca visere, & ibi diem clau-  
 dere, atque Wilfridum Episcopum Ebo-  
 racensem rogaverat, ut se in hoc itinere  
 deduceret, sicut antea Benedictus Bisco-  
 pius filium suum Alfridum comitatus  
 fuerat. Osuinus Ecfridum, alterum fi-  
 lium, Successorem habuit. Triennio e-  
 lapso Ecbertus quoque Rex Cantiorum  
 decedens, Lotarium Fratrem Successo-  
 rem reliquit.



Sæculum VII  
A. C. 673.

§. XLVII.

*Concilium Herefordiense.*

to.6. Conc. p. 537. Anno primo Lotarii, & tertio Ecfredi, Jesu Christi 673. 24. Sept. Theodorus Herefordiæ Concilium universale totius Angliæ celebravit, cui tamen non plures, quam quatuor præter ipsum Episcopi interfuere, scilicet Bisius Episcopus Anglorum Orientalium, Potta Rosenfis, Leutherius Saxonum Occidentalium, Winfridus Mercia. Wilfridus vero Episcopus Eboracensis, seu Northumbriæ Legatos misit. Theodorus congregatos Episcopos ad concordiam & charitatem exhortatus, ex singulis deinde quæsit, an antiquos Canones servandos existimarent, & illis respondentibus, omnes hac in re lubentissime consentire, protinus producto Canonum Libro, decem eis ostendit Articulos, a se excerptos, & observatu maxime necessarios. Hæc vero in iis statuebantur:

- c. 1. Omnes eadem die Pascha celebramus, nempe post decimam quartam Lunæ mensis primi. Nullus Episcopus in alterius Diœcesi quidquam molietur.
- c. 2. Ordinem temporis, quò unus quisque consecratus fuerit, observent.
- c. 8. Si numerus Fidelium augeatur, plures ordinentur Episcopi.
- c. 9. Singulis annis prima die Aug. in loco, qui *Cloveshoe* dicitur, Concilium agatur.
- c. 7.



agatur. Clerici non vagentur, & nullibi, nisi habeant Litteras Commendatitias Episcopi sui, recipiantur. Episcopi & Clerici advenæ, si ipsis hospitium præbeatur, contenti sint, & sine licentia Episcopi Diocesani Officiis Episcopalibus fungi non præsumant. Episcopi Monachos non perturbent, nec Bona eorum, adhibita vi, auferant. Monachi sine accepta sui Abbatis facultate ab uno Monasterio ad aliud non transeant. Non nisi legitima Matrimonia contrahantur. Non liceat dimittere uxorem suam nisi Adulterii causa, & illo casu existente, qui vere Christianus est, non ducat aliam.

Acta hujus Concilii Theodorus terse & succincte conscripsit.

§. XLVIII.

*Vitaliani Obitus. Adeodatus Papa.*

Vitalianus Papa sub initium ejusdem anni 673., postquam sedisset annis quatuordecim, & sex circiter mensibus, e vita migravit. Disciplinae Ecclesiasticæ Custos acerrimus quatuor Ordinationibus Presbyteros viginti duos, Diaconum unum, & ad diversas Ecclesias Episcopos nonaginta septem creavit. Sepultus est ad S. Petrum vigesimo septimo Januarii, vacavitque Sacra Sedes duobus mensibus & diebus tredecim. His elapsis electus Adeodatus, quem ali-

Y 2 qui,

Sæculum VII  
A. C. 673

c. 5.

c. 6.

c. 3.

c. 4.

c. 10.

Anast.

Esfridi,  
heodo-  
ale to-  
en non  
sum E-  
Episco-  
ta Ro-  
denta-  
Ifridus  
Nord-  
as con-  
lam &  
dein-  
ervan-  
ntibus,  
nsenti-  
Libro,  
excer-  
larios.  
lebra-  
m Lu-  
pus in  
r. Or-  
e con-  
merus  
tur E-  
Aug.  
ilium  
gatur.



Sæculum VII qui, contracto nomine, Deodatum ap-  
A.C. 673. pellant. Romæ natus, Joviniani filius,  
 annis quatuor, duobus mensibus, & die-  
 bus quinque sedit. In Monasterio S. E-  
 rasmi in monte Cœlio educatus, ædificia  
 deinde auxit, & Congregationem, at-  
 que Abbatem constituit. Adeodato S.  
 Petri Sedem tenente Sarazeni in Siciliam

*Sup. n. 33.* appulsi, captis direptisque Syracusis, om-  
 ne æs, quod Constans Imperator Ro-  
 ma abstulerat, Alexandriam devexerunt.

*Theopha.  
 Chr. S. Ni-  
 ceph.*

Constantinopoli Thomas Patriarcha an-  
 no 671. postquam annis duobus & se-  
 ptem mensibus Pontificatum gessisset, vi-  
 ta functus, Successorem habuit Joannem  
 Presbyterum & ejusdem Ecclesiæ  
 Ærario præfectum, qui huic Ecclesiæ an-  
 nis quinque & novem mensibus præfuit.  
 Anno 673. Grimoaldo defuncto Perthar-  
 ritus Rex Longobardorum electus est.  
*Paul. Diac.* Vir erat Catholicus, cujus Pietas & mu-  
*V. Hist. c. 3.* nificencia in pauperes summopere lau-  
 dantur.

### §. XLIX.

#### *S. Leodegarius Luxovii.*

**I**n Francia Rex Childericus II. sub Regni  
 initium S. Leodegarii consilia secutus,  
 leges salutares sancivit. Judices anti-  
 quas cujuslibet Provinciæ consuetudi-  
 nes observare jussi. Rectores unius Pro-  
 vincix ultra limites suos non procede-  
 rent,

*Anon. in vit.  
 Leod. c. 4. to.  
 2. Act. Ben.  
 p. 682.*



rent, & non essent perpetui, ne quis eo-  
 rum Tyrannidem usurparet, cujus rei Sæculum VII  
A. C. 673.  
 exemplum nuper Ebroinus dedisset.

Quamdiu igitur Childericus admonen-  
 tis S. Leodegarii patiens fuit, Regno e-  
 jus bene precabantur populi; at Opti-  
 matum plerique, qui has Leges ambi-  
 tioni suæ adversas impatienter ferebant,  
 S. Episcopum Wulfoado Majori Domus  
 & ipsi Regi suspectum reddere cona-  
 bantur. Rex juvenis & affectus in po-  
 testate sua non habens facile fidem ad-  
 hibuit vocibus illorum hominum, qui nil  
 nisi gratissima ingerebant. Leges, quas  
 nuper condiderat, violari passus est, &  
 ipse propinqui sui filiam conjugio sibi  
 junxit; cumque multi crederent Leo-  
 degarium Regis animum moderari, ma-  
 læ vitæ culpam in S. Episcopum rejicie-  
 bant. Ille secreto sæpe Regem mone-  
 bat, tandemque coactus est ei flagitium  
 publice exprobrare, & Dei vindictam  
 minari, nisi prompte converteretur.

Rex primum submisso animo Episco-  
 pum increpantem auscultavit, verum  
 Proceres integritatem & constantiam  
 Leodegarii formidantes usque adeo ju-  
 venem & Dominum irritarunt, ut S. Vi-  
 rum perdere animo constitueret.

Childericum anno tertio regnantem *vit. per Urs.*  
 S. Leodegarius invitavit, ut ad se Augu-  
 stodunum veniret, Festa Paschalia trans-  
 acturus;



Seculum VII acturus.

A. C. 673.

~~REPERITUR IN~~

Eodem tempore Hector Patri-  
cius Massiliensis S. Leodegarii amicus ad-  
fuit, petens a Rege, ut sibi Bona Clau-  
diæ Socrus suæ restitui juberet. Claudia  
fuit mulier pia ex Arvernia, quæ cum se  
Deo consecrasset, Bonorum suorum par-  
tem S. Præjecto Episcopo Claromontano,  
& Ecclesiæ illius pauperibus donaverat.  
Postea decedens reliquit filiam, quam  
raptam Hector matrimonio sibi junxit;  
hinc Bona illa Episcopo Claromontano  
non sine injuria uxoris suæ donata, sibi  
vindicare volebat. Itaque litteras a  
Rege obtinuit, ut Præjectus Episcopus  
venire juberetur, qui datis vadibus pro-  
mittere coactus est, iturum se Augusto-  
dunum, ut ut repugnaret animus, quod  
tanto Festo extra suam Ecclesiam com-  
morari compelleretur. Hector in Domo  
S. Leodegarii, quem in hac causa sibi fa-  
ventem habebat, divertebat, atque hæc  
amborum concordia S. Leodegarii ini-  
micis prætextum præbuit, Wulfoado  
Palatii Magistro & Childerico Regi sug-  
gerendi, Hectorem & Leodegarium  
conjurasse, & non prius quieti se datu-  
ros, quam Regiam potestatem rapuis-  
sent. Jam in Coena Domini Monachus  
nomine Bercarius S. Leodegarium mo-  
nuit, statuisse Regem, ipsum interficere.  
Nihilominus sequente die ad Regiam i-  
vit, lubentissime sanguinem suum datu-  
rus

S. Leodega-  
rius,



rus illo die, quo Salvator Mundi mortuus **Sæculum VII**  
 est. Jamque tunc Rex Episcopum sua **A. C. 673.**  
 manu interfecturus erat, nisi purpurato-  
 rum aliqui, Diei Sanctitatem reveriti, in  
 atrox facinus ruentem cohibuissent.

Postquam S. Præjectus Augustodu-  
 num pervenit, & cum Hectore Curiam  
 ingressus est, ubi Causa erat examinan-  
 da, objecit, non oportere, ut ad respon-  
 dendum compelleretur illo die, qui erat  
 Sabbatum Sanctum, quandoquidem Ca-  
 nones & Regni Francorum lex prohibe-  
 rent, ne his sanctis diebus Causæ foren-  
 ses tractentur. Quia tamen ad respon-  
 dendum urgebatur, dixit, Ecclesiæ suæ  
 Causas sub Tutela Reginæ Imnichildis,  
 Regis Sigeberti Viduæ esse. Hac re-  
 sponsione audita, nihil ultra motum; i-  
 mo Rex Childericus & Blichildis Uxor e-  
 jus publice coram S. Præjecto excusare  
 cœperunt, quod non sine sua molestia  
 Augustodunum venire compulsus fuis-  
 set, cumque Rex S. Leodegario iratus,  
 ejus Missæ interesse nollet, rogavit Præ-  
 jectum, ut ipse in Ecclesia S. Symphoria-  
 ni Officium celebraret; quippe jam tem-  
 pus erat pomeridianum & hora in-  
 stabat, qua initium solemnitati Paschali  
 dandum erat. Omnibus deinde Proce-  
 ribus, & Episcopis præsentibus instan-  
 tissime rogantibus, ut Regi obsecunda-  
 ret, S. Præjectus coram eo Officium



Sæculum VII & Missam illius Sanctæ noctis celebravit.  
A. C. 673.

Interea S. Leodegarius Missam in Ecclesia Cathedrali celebravit. Euntem ad Ecclesiam monuerunt amici, ut sibi caveret, fixum enim esse Regi, ut post Missam necari juberetur. Processit tamen ad Ecclesiam, cumque adhuc suo munere fungeretur in Baptisterio, venit Rex, eum nomine suo compellans; nam Missa Sancti Præjecti finita, ceteris jejuniis sustinentibus, Rex cibum sumperat, & bene potus ad Ecclesiam ibat, elata voce Leodegarium nominans. Quibusdam respondentibus, eum esse in Baptisterio, intravit; sed ingenti cereorum splendore, & suavissimo odore Sacri Chrismatis, quod ad baptizandos Neophytos afferebatur, attonitus, licet S. Leodegarius responderet: Ecce, adsum! eum non agnoscens præterit, seque in Domum Ecclesiæ, ubi divertebat, recepit. Ceteri Episcopi, qui sanctam noctem cum S. Leodegario celebraverant, in sua diversoria dilabuntur; Vir Sanctus vero intrepide ad Regem se confert, & leniter interrogat, cur ante Officium non venisset, & in sanctissima nocte iram coqueret? Rex non habens, quod responderet, dixit: merito mihi suspectus es.

Tunc



Tunc vero S. Leodegarius sentiens, <sup>Sæculum VII</sup>  
 Regem animo fixum habere, ut se una- A. C. 673.  
 cum Hectore perderet, clam aufugere  
 statuit. Nec tam sibi ipsi timebat, quam  
 nobili viro, qui suo Patrocinio tutum se  
 existimans venerat, nolebat quoque  
 Diem Paschalem sua nece profanari, &  
 Ecclesiam diripi. Ergo Hector eadem  
 nocte fugam corripit, eumque S. Leode-  
 garius proxime insequitur; at misit Rex,  
 qui fugientes retraherent.

Hector deprehensus in via, cum for- <sup>Childerici</sup>  
 titer sed infeliciter pugnasset, cum om- <sup>Regis Cru-</sup>  
 nibus suis cæsus est. Sanctus Leode- <sup>delitas.</sup>  
 garius quoque comprehensus & redu-  
 ctus; quem Rex ex consilio Episcopo-  
 rum & Procerum misit in Monasterium  
 Luxoviense, donec simul omnes delibe-  
 rassent, quid de eo statuendum. Aliqui  
 Episcoporum veriti, ne Regis indignatio  
 ad ultima prorumperet, S. Leodegario  
 consilium suggererunt; Gratia loco pe-  
 teret, ut perpetuo in hoc Monasterio per-  
 manere posset; quod etiam obtinuit.  
 In eodem Monasterio adhuc versabatur  
 Ebroinus, videbaturque S. Leodegario  
 sincere reconciliatus, ac si ambobus re-  
 liquum vitæ tempus inter illos Mona-  
 chos fuisset transigendum. Rex nihilo-  
 minus, improborum consiliis impulsus,  
 jusserat S. Leodegarium ex Monasterio  
 abstrahi, ut deponeretur, & capite ple-



Sæculum VII cteretur. Sed Ermenarius nefas prohi-  
A. C. 673. buit. Is Abbas ad S. Symphorianum  
 Augustoduni erat, eique Rex post feces-  
 sum S. Leodegarii, id rogante populo,  
 urbem commendaverat. Ergo prostra-  
 tus ad Regis pedes rogare non destitit,  
 dum impetrasset, ut S. Episcopo in illo  
 Monasterio manere liceret. Qui Erme-  
 narium ex causa prædicta sæpe ad Re-  
 giam ventitare videbant, suspicabantur,  
 eum Leodegario infensum, importune  
 Regem adire, a quo illius impetraret Se-  
 dem Episcopalem (eam quippe postero-  
 re tempore obtinuit) nequitiam vero  
 hæc perfidia Ermenario in mentem ve-  
 nit, sed S. Leodegarium, quoad vixit, sin-  
 cero affectu fovit.

*Con. Fredeg.*  
 n. 95.

Ceterum Rex Childericus perversos  
 affectus non cohibebat. Cumque Bo-  
 dilonem, virum nobilem, stipiti alliga-  
 tum, virgis serviliter cædi iussisset; eam  
 ob rem reliqui Optimates tanto furore  
 accensi sunt, ut in Regis perniciem con-  
 jurarent. Igitur comperto, quod Chil-  
 dericus in Domo, posita in silva Leuco-  
 nia, quæ silva Liveriensis prope Parisios  
 esse creditur, venationis amore moraretur,  
 vi adhibita irrumpunt. Bodilo Re-  
 gem, Blichildem Reginam uterum ge-  
 stantem, eorumque filium puerili ætate  
 Dagobertum trucidat. Cæforum cor-  
 pora in Ecclesia S. Germani de pratis se-  
 pulta;



pulta; alius tamen Childerici filius, cui <sup>Sæculum VII</sup> nomen Daniel, superfuit. Occisus est A. C. 673.  
 Childericus anno 673. ætatis suæ vige-  
 simo tertio, postquam regnasset annis  
 undecim, quo sublato magnis motibus  
 concussa est Francia. Theodoricus in-  
 terempti frater, e Monasterio S. Diony-  
 sii egreditur, & Rex Neustriæ salutatur,  
 illinc Dagobertus Sigeberti II. Filius ex  
 Hibernia revocatur, & Rex Austrasiæ  
 pronuntiatur.

§. L.

*Martyrium S. Præjecti.*

Inter hos tumultus quidam nomine A-  
 gricius cum S. Præjectum Auctorem  
 necis Hectoris Patricii esse crederet, Ar-  
 verniæ Optimates ad arma in perniciem  
 Episcopi capeffenda commovit. S. Præ-  
 sul postquam Augustoduno discessisset, <sup>Sigeb. an. 670. vita</sup>  
 acceptis Regis Childerici litteris, quibus <sup>S. Præj. n. 13. to. 2.</sup>  
 ei possessio agrorum litigiosorum assere-  
 batur, domi suæ quiete agebat cum A-  
 marino Abbate, olim ex Regione Voge-  
 sina secum adducto; cum ecce Agricius  
 cum armatorum manu adest. Ubi in-  
 sonuit tubæ militaris clangor, S. Præje-  
 ctus & S. Amarinus precibus ad Deum  
 convertuntur, Episcopi Domesticis om-  
 nibus ad Silvæ latebras fugientibus. Vi-  
 ri armati numero viginti intrant, & pro-  
 tinus S. Abbatem, quem Episcopum esse  
 crede-



Sæculum VII credebant, perimunt; jamque recedebant, cum se ipsum prodidit. Tum vero militum aliquis, natione Saxo, Episcopi latus sica haurit, moxque ense caput collabentis findit. Occubuit S. Episcopus anno 674. vigesimo quinto Jan. quo die Ecclesia eundem inter Martyres colit.

*Mart. Rom.*  
25. Jan.

In Arvernia eum Incolæ *S. Priest*, Parisiis *S. Prix* vocant. S. Abbas vulgo *S. Damarinus* appellatur.

*vit. S. Lamb.* S. Lambertus quoque Episcopus Trajectensis hoc turbine involutus. Nam, quia Regi Childerico carissimus fuerat (verisimiliter illo tempore, quo in Austrasia solum regnabat) eo interfecto, Sede sua pulsus, & in eam aliquis, cui nomen *Faramundus*, intrusus est.

*n. 34. to. 3.*  
*Act. B. p. 70.*

Tum S. Episcopus ad Monasterium *Stabulense* se recipiens cum duobus tantummodo servulis, septem annis, quibus ibi versatus est, omnes *Regulæ* apices, ut *Monachorum minimus*, observavit.

Econtra *S. Leodegarius* Sedi suæ honorifice restitutus est. Cum Rex *Childericus* duobus Ducibus missis Episcopum *Luxovio* abstractum ad se adduci jussisset, Clientum aliquis animo constituerat, *S. Virum* obtruncare, quamprimum e Monasterio pedem extulisset; ubi vero tempus exequendi facinus adfuit,



fuit, subito terrore perculsus, & ad S. E-  
 piscopi genua se demittens, veniam ro-  
 gavit. Mox allato nuncio, Childericum  
 fuisse necatum, illi Duces, qui S. Leo-  
 degarium deducebant, ejusdem defensio-  
 nem in se susceperunt, accitis pluribus  
 aliis, qui eum inter novi Regiminis tur-  
 bas tuerentur. His igitur Leodegarium  
 magno comitatu Augustodunum dedu-  
 centibus, occurrit Ebroinus, qui nec-  
 dum deposito Monachi habitu Luxovio  
 egressus, & valido Clientum præsidio  
 stipatus iter faciebat. Is S. Leodega-  
 rium comprehendere meditabatur, im-  
 memor, quod eidem in Monasterio æter-  
 nam amicitiam promississet; at obstitit  
 huic molitioni S. Genesis Archiepisco-  
 pus Lugdunensis cum valido armatorum  
 præsidio superveniens. Itaque Ebroinus  
 sentiens se viribus inferiorem, dissimu-  
 lato animo Leodegarium usque ad Civi-  
 tatem Augustodunensem comitatus est.  
 Episcopum redeuntem Augustodunen-  
 ses editis maximi gaudii signis excepe-  
 runt. Ornatae plateæ, Clerici cereos  
 portantes & Antiphonas canentes ob-  
 viam processerunt, tota Civitas in redi-  
 tu carissimi Pastoris plaubebat.

Altero die S. Leodegarius & Ebroi-  
 nus Augustoduno exierunt, Regem Theo-  
 doricum adituri; at Ebroinus in media  
 via ab Episcopo recessit. Ipse ad Re-  
 gem

Sæculum VII  
 A. C. 674.

S. Leodega-  
 rius resti-  
 tutus.



Sæculum VII gem pervenit, & ex ejus consilio Dignitas Majoris Domus in Leudesium Erchinoaldi filium collata est. Ex his discimus, etiam sanctissimæ vitæ Episcopos jam illa ætate negotia Reipublicæ tractasse, & rebus turbatis, Præsules cum armatorum cohortibus, sicut ceteros Optimates, iter fecisse.

## §. LI.

*Wamba Rex Gothorum.*

*Hist. Jul. Tolet. Duchesne to. 1. hist. Fr. p. 811*

Mores eosdem ac in Francia sub Regibus Gothorum fuisse legimus. Rege Recesuinto anno 672. vita functo, Wamba invitatus ei Successor datur, atque Toleti Oleo Benedicto super caput ejus a Quiricio Archiepiscopo effuso consecratur. Nunquam antea legimus Reges unctos fuisse. (\*) Vix dum novo Rege inaugurato, in Gallia Narbonensi Seditio in eum movetur, cujus capita erant Ildericus Comes Nemausi, Gumildus Episcopus Magelonensis, & Abbas nomine Ranimirus seu Ramirus, Ildericus cum Aregium Episcopum Nemausinum in suam factionem pertrahere non posset, eundem vinculis onustum misit ad

(\*) Saltem illam Traditionem non ignoraverit Fleurius, secundum quam, cum baptizandus esset Rex Clodoveus, ampulla Chriftimatis columbæ ore scelitus allata est. Brev. 1. Octob.



ad Francos, atque in ejus Sedem Rami-  
 rum Abbatem intrusit, cujus vero Electio  
 nec Auctoritate Principis, nec Metro-  
 politæ confirmata. Insuper a duobus so-  
 lum, & exteris Episcopis ordinatus est.

Sæculum VII  
 A. C. 674.

Rex Wamba comperta seditione mi-  
 sit ad reprimendos Rebelles Paulum Du-  
 cem, qui & ipse ab eo defecit; Argeba-  
 dum Archiepiscopum Narbonensem se  
 objectis claustris a Civitate arcere pa-  
 rantem celeritate antevertit, & capta  
 urbe assumptoque Regis titulo illius Fa-  
 ctionis Princeps extitit. Cum deinde  
 ipse Rex Wamba in seditiosos movisset,  
 urbes omnes ipsamque Narbonam ite-  
 rum in potestatem redegit. Gumildo  
 Episcopo animus erat Magellonam ur-  
 bem propugnare, sed prævicens, se ter-  
 ra marique obsidendum, illa relicta, Ne-  
 mausum se recepit cum Paulo, qui ibi-  
 dem urbe deinde obsessa & dedita ca-  
 ptus est. Nam vires sibi deesse, quibus  
 urbem tueretur, intelligens, ad Regem  
 Wambam misit Archiepiscopum Narbo-  
 nensem, qui oblato prius S. Sacrificio, ut  
 erat vestibibus Sacerdotalibus indutus in  
 conspectum Regis se conferens, prostra-  
 to in terram corpore, vitæ gratiam reis  
 impetrare conatus est. Movit Regem  
 tanti Supplicis Oratio. Omnia vasa sa-  
 cra a Paulo in belli sumptus ablata, at-  
 que inter alia coronam auream a Rege  
 Recca-



Sæculum VII Reccaredo ad ornandum S. Felicis Ge-  
 A.C. 675. rundani sepulchrum donatam, quam ve-  
 ro Paulus capiti suo imposuerat, reddi  
Ibid. p. 831. iussit, & Toletum reversus in Rebelles  
 in Conventu totius Nationis secundum  
 Canones & Visigothorum Leges judi-  
 cium ferri voluit. In illa sententia de  
 ultimo Canone Concilii Toletani quarti  
 mentio facta, & pronunciatum, Rebel-  
 les esse morte dignos; si tamen Rex par-  
 cere vellet, id ea solum conditione fe-  
 ri oportere, ut singulis oculi erueren-  
 tur.

to. 5. Conc.  
 p. 1714.  
 Sup. Lib.  
 XXXVII.  
 §. 49.

## §. LII.

*Concilium Toletanum XI.*

Victoria de seditiosis reportata Rex  
 Wamba in exornanda Civitate To-  
 letana, Metropoli sua, totus fuit, po-  
 suitque in portis Sanctorum Virorum  
 statuas arte singulari elaboratas, additis  
 inscriptionibus, quibus Cives eorum Tu-  
 telæ committebat. Regis ejusdem iussu  
 Concilium Provinciæ Hispanicæ Car-  
 thaginensis, quod inter Toletana unde-  
 cimam numeratur, celebratum. Con-  
 venere Patres in Ecclesia S. Virginis septi-  
 mo die Nov. anno quarto Regni ejus,  
 Jesu Christi 675. & imprimis quereban-  
 tur, rarissime Concilia celebrari; Con-  
 cilium enim Toletanum decimum anno  
 656. fuerat congregatum, atque annis  
 octode-

to. 6. Conc.  
 p. 539.

*Ibid. Pac.*  
 p. 8. 9.



octodecim nunquam Episcopi fuerant convocati. Deinde exponunt Fidei suæ Confessionem, cui examinandæ triduum impenderant, & jejunium servaverant. Sequuntur Canones sexdecim, in quorum primo præcipitur, ut in Conciliis servetur modestia & gravitas. Nemo tumultum excitet, aut excusse rideat. Non misceantur sermones inutiles, nemo obstinate disputet, vel in alterum convicia ingerat. Negligentia Episcoporum tam in discendo, quam docendo subditos, vituperatur. Præcipitur, ut Metropolitæ Episcopos, & hi commissum sibi gregem erudiant. In qualibet Provincia, omnibusque Ecclesiis Officium Divinum eo Ritu, quo in Ecclesia Metropolitana fit, peragatur. Quia Episcopi non nunquam mutuo odio longo tempore flagrabant, prohibetur, ne ad Altare audeant accedere, antequam fuerint reconciliati; & præscribitur, ut, si uno anno inimicitias aluissent, duobus annis poenitentiam subirent.

Haud diu ante illa tempora tam in Hispania, quam Gallia, Episcopos Barbarorum de Gente ordinare cœperant, quod ex eorum nominibus apparet; hinc multi eorum barbaros mores servabant. In hoc Concilio quidam Episcopi arguuntur, qui pravis affectibus in transversum acti sententiam in reos pronunciabant,

*Hist. Eccles. Tom. IX.*

Z qui

Sæculum VII  
A.C. 675.

*Sup. n. 21.*

c. 1.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 5.



**Sæculum VII** qui rem alienam rapiebant, cædes com-  
A. C. 675. mittebant, aut vi injusta miseros oppri-  
 mebant. Quia vero juxta Barbarorum  
 consuetudinem plurimorum criminum  
 pœnæ pecunia redimebantur, etiam ab  
 Episcopis nummi exigebantur, quos non  
 sine Ærarii Ecclesiastici dispendio da-  
 bant. Itaque statuitur, ut ejusmodi Pa-  
 cta cum Episcopis iniri non possint, nec  
 quidquam exigi, nisi Bona propria ha-  
 beant, aut ea prius Ecclêsia donaverint.  
 Quod spectat ad illos, qui nihil habent,  
 cum præstantissima Episcoporum Digni-  
 tas non permittat, ut in servitutem re-  
 digantur more laicorum, multa mute-  
 tur in Pœnitentiam Canonicam, atque  
 viginti Pœnitentiæ dies decem solidis  
 aureis, servata semper proportione, com-  
 parentur. Si Episcopus alicujus Opti-  
 matis Uxorem cognoverit, si filiam vel  
 propinquam corruperit, si homicidium  
 voluntarium commiserit, vel si Personæ  
 nobili vel virilis vel alterius sexus gra-  
 vem contumeliam intulerit, deponatur,  
 relegetur, & non ante vitæ finem Com-  
 munionem accipiat.

Ad eandem pœnam damnantur Epis-  
 copi, qui in causa sanguinis judicia ex-  
 ercent, id est, qui per se ipsos de crimi-  
 nibus morte dignis pronunciant, & reos,  
 sive Ecclesiarum suarum servi sint, sive  
 alii, mutilari jubent.

Quidam



Quidam Episcopi usque adeo vindi-  
 ctæ cupiditati indulgebant, ut eos, quos  
 oderant, occultis artibus necarent, sub  
 specie injungendæ pœnitentiæ; hinc  
 Concilium præcipit, ut peccatores pu-  
 blice, vel saltem duobus aut tribus te-  
 stibus præsentibus corripiantur. Si quis  
 Exilio vel carcere puniretur, sententia  
 coram tribus testibus pronuncietur, &  
 Episcopus sua manu subscribat. Ergo  
 Episcopi jam illa ætate ejusmodi pœnas  
 infligebant.

Sæculum VII  
 A. C. 675.

c. 7.

In primo Concilio Toletano præce-  
 ptum fuerat, ut ille, qui acceptam de  
 manu Presbyteri Evcharistiam non con-  
 sumpsisset, tanquam Sacrilegus ex Eccle-  
 sia ejiceretur; in isto autem declaratur,  
 illum Canonem de iis solummodo intel-  
 ligi debere, qui contemptus causa id fa-  
 cerent, at non de illis, qui ob naturalem  
 infirmitatem Evcharistiam consumere ne-  
 queunt. *Vidimus enim, inquit Patres,  
 a quibusdam morti proximis Evchari-  
 stiam ex ore rejici, quod eorum ita aveant  
 fauces, ut Hostiam (\*) nisi simul Sacrum  
 Z 2 Calicem*

c. 14. Sup. L.  
 XX. n. 48.

c. 11.

(\*) Ex his liquido constat, jam illa ætate  
 Evcharistiam sub sola panis specie ad moribun-  
 dos sine Sacrilegii metu fuisse delatam. Nulla  
 ergo causa fuit, cur Protestantes Consuetudi-  
 nem Ecclesiæ antiquissimam & rationabilem re-  
 jicerent.



Sæculum VII *Calicem bibant, deglutire non possint.* l.  
A.C. 675. taque moribundi sub sola panis specie  
 communicabant.

c. 12.

Pœnitentes, si in periculo mortis ex-  
 istant, statim reconcilientur, & si mo-  
 riantur, antequam reconciliati fuerint,  
 in Ecclesia tamen pro iis oretur, & Obla-  
 tio ipsorum nomine facta acceptetur.  
 Providetur casui, quo Sacerdos subito  
 morbo corripitur, vel mentis impos fit,  
 & præcipitur, ut ille qui cantat, officium  
 celebrat, vel Sanctum Sacrificium offert,  
 semper penes se habeat alterum, ejus-  
 dem secum Ordinis, ut, si ipse improvi-  
 so collaberetur, ille omnia perficiat.

c. 14.

*Sup. Lib.*  
*XXXVIII.*

*S. 43.*  
*Conc. VII.*

c. 2.

Id in ejusmodi casu faciendum, jam an-  
 te Concilium Toletanum septimum de-  
 creverat. Tandem statuitur, ut singulis  
 annis in Metropoli, die, quam Princeps  
 vel Metropolitæ præstituerit, Synodus  
 convocetur.

*Conc. XI.*

c. 15.

Concilio huic subscripserunt Episco-  
 pi septendecim, & primus ponitur Qui-  
 ricius Toletanus, Diaconi duo, Episcopo-  
 rum absentium Delegati, Abbates sex,  
 & Archidiaconus Toletanus. Ferunt,  
 in hoc Concilio Divisionem Cathedra-  
 rum Episcopaliæ in Hispania factam  
 fuisse; cum enim Rex Wamba Resge-  
 stas Antecessorum suorum sibi prælegi  
 jussisset, cuilibet Diœcesi sub Ecclesiis  
 Metropolitanis terminos posuit, nempe  
 Diœcesi

*Luc. Tud.*  
*Lib. 3.*



Dicecesi Toletanæ, Hispalensi, Emerita-<sup>Sæculum VII</sup>  
 næ, Bracarenfi, Tarraconensi, Narbo-<sup>A. C. 675.</sup>  
 nensi, & duabus Ecclesiis Legionensi, &  
 Lucensi, quæ nulli Ecclesiæ Metropoli-  
 ticæ suberant.

## §. LIII.

*Concilium Bracarense quartum.*

Eodem anno 675. Wamba anno Regni  
 sui quarto convocari iussit Conci-  
 lium, quod inter Bracarenfia quartum nu-  
 meratur. Querelæ contra quorundam  
 Episcoporum crudelitatem, sicut in Con-<sup>to. 6. Conc.</sup>  
 cilio Toletano, allatæ, quod viros specta-<sup>p. 561.</sup>  
 tissimos tanquam latrones haberent, at-  
 que jubere auderent, ut Presbyteri, Ab-  
 bates, Diaconi flagris conciderentur.  
 Hæc sub pœna Excommunicationis &  
 Exilii prohibentur. <sup>can. 7.</sup>

Item quorundam Episcoporum fa-  
 ctus corripitur, qui in Festis Martyrum  
 cum Reliquiis, quas e collo dependen-<sup>c. 6.</sup>  
 tes gestabant, se manibus Diaconorum  
 Albis indutorum in Sede magna cir-  
 cumferri, magna Fidelium turba comi-  
 tante, sinerent. Præcipitur, ut Diaconi  
 Reliquias thecis inclusas humeris suis  
 gestent. Rursus, arguuntur Episcopi, qui  
 Bona sua propria non sine damno Eccle-<sup>c. 9.</sup>  
 siarum augebant. Presbyteri Missam  
 non celebrent, aut Communionem ac-  
 cipiant, nisi Orarium, id est, Stolum ab hu-  
 meris



Sæculum VII  
A. C. 675.

c. 4.

c. 3.

c. 2.

meris pendentem & in pectore decussatam gestent. Prohibetur, ne quis ad bibendum vel edendum in conviviis profanis Vasis Sacris utatur, quod sacrilege fieri dicitur. Nemo ad usus profanos adhibeat, vendat, vel donet vela aut alia Ornamenta Ecclesiæ. Nemo in Sacrificio offerat pro vino lac, aut uvam; (\*) nec Evcharistia in vinum intincta Fidelibus præbeatur, quia id, dicunt Patres, est contra Institutionem, in qua Dominus Noster panem & vinum separatim præ-

(\*) Concilii verba Edit. Paris. sunt: *Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra Divinos Ordines, & Apostolicas Institutiones, lac pro vino in Divinis Sacrificiis dedicare: Alios quoque intinctam Evcharistiam populis pro complemento Communionis porrigere: Quosdam etiam non expressum vinum in Sacramento Dominici Calicis offerre, sed oblatis uvis populos communicare. Et in fine: De cetero aliter quam præceptum est faciens tandiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus ad gradus sui Officium redeat. Et in §. III. Et tenim quod & auditui horribile & visui execrabile judicatur, relatum est nobis, quod quidam Sacerdotum sacrilega temeritate præcipientes vasa Domini in proprio usus assumant. . . quod malum & obstupentes deflemus. &c.*

Ceterum istud Concilium Bracarense in Antiquis Concil. non IV. sed III. dicitur.



præbuit. (\*) Ergo prohibitum est quidquam aliud nisi panem & vinum in Sacrificio offerre secundum antiquorum Conciliorum Decisionem.

Sæculum VII  
A. C. 675.

Concilio Bracarenſi Episcopi octo subscripserunt.

§. LIV.

*Martyrium S. Aigulphi.*

Ad idem fere tempus refertur Martyrium S. Aigulphi Abbatis Lerinensis. Is, Blesis natus, in vita Monastica Magistrum habuit S. Mommulum Abbatem Floriacensem ad Ligerim, qui, ut supra retuli, S. Benedicti Reliquias illo tranſtulit. Cum in Monasterio Lerinensi, Vincentio Abbate defuncto, Disciplinae rigor fuisset solutus, Monachi a Rege petierunt, ut sibi daret Abbatem, qui collapsam Disciplinam restitueret. Rex ad eos regendos misit Aigulphum, qui, ubi advenit, honorifice exceptus, non inutil-

vit. to. 2. Act.  
p. 656.  
Sup. Lib.  
XXXVIII.  
§. 60.

Z 4 lem

(\*) Quando Fideles sub utraque specie communicabant, Jesu Christi Institutioni magis consentaneum videbatur, sub utraque specie separata Corpus & Sanguinem Christi iis præbere; quamvis legamus † in Conciliis, Panem sacrum in Sanguinem sacrum fuisse intinctum & Fidelibus datum, quod etiam ex parte in Missa fit. At etiam sacrum Corpus sub una tantum specie ad ægrotos fuisse delatum, supra ex Concilio Toletano vidimus.



Sæculum VII lem operam reformandis moribus im-  
A. C. 677. pendit. Animi reconciliati, Monachi,  
 qui inde discesserant, redierunt, & om-  
 nia, quæ populo scandali occasio fue-  
 rant, sublata. Verum duo Monachi Ar-  
 cadius & Columbus novi Abbatis aspe-  
 ritatem averfati, & in Virum Sanctum  
 conjurantes, eum, & omnes viros pro-  
 bos illius Monasterii latrocinio e vivis  
 tollendi consilium ceperunt. Ceteris  
 ad Ecclesiam S. Joannis fugientibus, S. Ai-  
 gulphus Rebellibus facinoris, quod au-  
 debant, turpitudinem exprobravit. Hi  
 veniam petierunt, & nihil ultra moliti  
 sunt.

Postea vero veriti, ne tantæ audaciæ  
 factum vulgaretur, & ad aures Regis  
 perveniret, Arcadius e Monasterio exiit,  
 ut in Sæculo sibi Patronum quæreret,  
 Columbus vero remansit, ut intus sedi-  
 tiones foveret. Porro cum Arcadio ad  
 Monasterium redire volenti & pœniten-  
 tem animum simulanti S. Abbas claustra  
 objecisset, virum in illa regione poten-  
 tem adiit, cui nomen Mommulus, sug-  
 gessitque consilium, ut in Abbatiam Le-  
 rinensem expeditionem moveret, ubi in-  
 gentem rerum pretiosarum vim occupa-  
 re posset. Venit ille, & ab Abbate, cui  
 non erat ignotus, humanissime exceptus  
 est. Interim quidam Episcopus, cui no-  
 men Audoënus, hominem miserat, qui  
 S. Ai-



S. Aigulpho indicaret, conjuratos vitæ e-  
 jus insidiari. Is S. Audoënus Rothoma-  
 gensis fuisse creditur, qui anno Adeoda-  
 ti Papæ quarto seu 677. iter Romam su-  
 scipit. Ceterum, quæ indicaverat, ve-  
 rissima erant; quippe S. Aigulpho cum  
 Mommulo mensæ accumbente intrat Ar-  
 cadius satellitibus stipatus, Abbatem  
 comprehendit, & fustibus crudelem in  
 modum diverberatum, unacum Mona-  
 chis ipsi addictissimis in carcerem de-  
 trudit.

Altero die Arcadius captivos invisit,  
 & mentitus, se mali, quod paterentur,  
 Auctorem neutiquam esse, cibos inferri  
 jubet. Quia vero hora diei erat tertia,  
 & dies jejunii, quod usque ad horam no-  
 nam sustineri solebat, noluerunt come-  
 dere. Mommulus, qui interea recesser-  
 rat, post triduum rediens, ex singulis Mo-  
 nachis quæsit, in quo loco pecuniam  
 haberent repositam; omnibus responden-  
 tibus, ab Abbate suo sibi prohibitum, ne  
 rem quamcunque, ne quidem volunta-  
 tem suam in potestate haberent, de Bo-  
 nis communibus Monasterii, quantum  
 potuit, diripi jussit. Postquam S. Aigul-  
 phus ejusque Discipuli decem diebus in  
 carcere fuissent, eos Arcadius & Colum-  
 bus mutilatis linguis & erutis oculis cen-  
 tonibus semitectos navi imponunt, &  
 mari tunc forte procellosissimo com-  
 mit-

Sæculum VII  
 A. C. 677.



Sæculum VII mittunt. In parvam deinde Insulam  
A. C. 677. haud procul Sardinia delati contrucidan-  
 tur. Interfectorum corpora postea Ri-  
 gomeri Abbatis, S. Aigulphi Successoris,  
 cura Lerinum translata, Disciplina resti-  
 tuta, crevit Monachorum numerus, &  
 Lerinense Monasterium præ cæteris flo-  
 ruit. S. Aigulphi, & Sociorum ejus Mar-  
 tyrum Festum tertio Sept. celebratur,  
 & ipse vulgari illius populi lingua San-  
 ctus *Ayoul* vocatur.

*Mart. Rom.*  
 3. Sept.

## §. LV.

*Privilegium S. Martini Turonensis.*

Agiricius Presbyter & Abbas S. Martini  
 Turonensis Romam profectus, ut li-  
 mina Apostolorum veneraretur, Privile-  
 gium Chrodoberti seu Roberti Archie-  
 piscopi Turonensis huic Monasterio con-  
 cessum Adeodato Papæ obtulit, petit-  
 que, ut illud confirmaret. Ægre eo  
 adduci potuit Papa, ut faceret; nam Ec-  
 clesia Romana Monasteria Episcoporum  
 curæ subtrahere non solebat. Cum ve-  
 ro videret, hoc Privilegium non solum  
 ab Archiepiscopo fuisse concessum, sed  
 etiam plures alios Galliarum Episcopos  
 subscripsisse, sua quoque Auctoritate da-  
 tis Litteris accessit. Hæ litteræ nihil  
 continent præter consuetas illa ætate  
 Clausulas, quæ in Marculfo leguntur.  
 Nempe ut conservaretur Monachis liber-  
 tas

to. 6. Conc. p.  
 532.  
 Coint. an.  
 674. n. 99.  
 Sup. n. 28.



tas vivendi secundum Regulam sine præ-  
 iudicio Jurisdictionis Episcopi Diœcesani  
 quoad Ordinationes. Sæculum VII  
 A. C. 677.

Inde autem dispicitur, Congregatio-  
 nem ad Sepulchrum S. Martini funda-  
 tam verum fuisse Monasterium, in quo  
 Disciplina Regularis vigebat.

§. LVI.

*Adeodatus obit. Donus Papa.*

Adeodatus Papa anno 677. decessit. U-  
 na Ordinatione mense Dec. Presby-  
 teros quatuordecim, Diaconos duos, &  
 aliis temporibus per diversa loca Epis-  
 copos quadraginta sex creaverat. Se-  
 pultus est ad S. Petrum 26. Jun. vaca-  
 vitque S. Sedes mensibus quatuor & di-  
 midio. Tum electus est Donus seu Do-  
 mnus, Romanus, Mauritiï filius, qui an-  
 num unum menses quinque & sex dies  
 sedit. Is aream, quam porticus qua-  
 tuor ambiebant, ante Ecclesiam S. Petri  
 marmore quadrato stravit. Ecclesiam  
 quoque Apostolorum via Ostiensi repa-  
 ravit, eamque sicut etiam Ecclesiam  
 S. Euphemie via Appia consecravit.  
 Cum Romæ in Monasterio, quod Boëtii  
 dicebatur, invenisset Monachos Syros,  
 Nestorianos, illis in diversa Monasteria  
 sparsis, in Boëtii Monasterium Monachos  
 Romanos immisit. Domno S. Sedem  
 tenen-

*Anast.*



Sæculum VII tenente Ecclesia Ravennatensis, quæ ab  
A. C. 677. Ecclesia Romana secesserat, obtendens,  
 se nulli esse subjectam, ad obedientiam  
 rediit, illisque diebus Episcopus Repara-  
 tus mortem oppetiit. Constantinopoli  
 Joanne Patriarcha anno 677. vita functo,  
 successit Constantinus Diaconus, Ærario  
 præfectus, & œconomus, seditque an-  
 num unum & octo menses.

## §. LVII.

*S. Leodegarius persecutionem  
 patitur.*

*vit. S. Leod.  
 per Anon.  
 to. 2. Act.  
 Ben. p. 686.  
 s. 8.*

**I**n Francia necdum turbarum finis. Tor-  
 quebat Ebroinum fortuna Leudesii,  
 quem Dignitate Majoris Domus exorna-  
 verant; igitur abjecta veste Monachi,  
 iterum uxori jungitur, milites conducit,  
 & in Regem Theodoricum movet. Leu-  
 desium spe pacis deceptum in casses per-  
 traxit, & interfici jussit. Tum duobus  
 Episcopis ob nota flagitia depositis Deli-  
 derato, cognomento Diddone, Cabillo-  
 nensi, & Abbone seu Bobone, Valenti-  
 no, in scelerum societatem adscitis, ad-  
 esse Regis Clotarii III. filium, quem Clo-  
 doveum appellabat, commentus est,  
 sparsitque in vulgus, Theodoricum diem  
 oppetiisse. Ipse deinde, quasi novum  
 Regem populis exhibiturus, in Neu-  
 striam duxit exercitum, duobus Episco-  
 pis



pis cum Vaimaro Campaniæ Duce in Burgundiam missis. Hi iter Augustodunum instituerunt, S. Leodegarium occu-

Sæculum VII  
A. C. 677.

c. 9.

paturi, qui ad tollendos abusus, qui se absente in Ecclesiam irrepserant, incumbabat. Amici & Clerici ejus monebant, ut fugeret, & thesauros, quos con-gesserat, auferens hostes adempta spe prædæ averteret. Sed ipse respondit: *Cur probrose mecum trabam, quæ Cælo inferre non possum? præstat ea pauperibus dari.* Ergo vasa sua argentea, quorum magnam vim habebat, produci, & malleis confringi jubet, per manus viro-rum fidelium distribuenda, illis servatis, quæ ad usum Ecclesiarum destinata e-rant.

Ista pecunia Monasteriis virorum fœ-minarumque magno subsidio fuit. Postea S. Episcopus indicto jejunio tridua-no & publica omnium in sua Diœcesi fidelium supplicatione indicta, in qua Crux & Sanctorum Reliquiæ circa mu-ros Civitatis circum ferebantur, sub qualibet porta prosternebatur, & inter lacrymas a Deo postulabat, ut, si se ad Martyrii palmam vocaret, gregem suum in captivitatem abstrahi non permitte-ret. Hostium adventu perterriti popu-li undique in Civitatem confluxerant, clausæ portæ, & omnia ad repellendam vim

vim



Sæculum VII vim parabantur. Tunc S. Episcopus, Fi.  
A. C. 677. delibus ad Ecclesiam convocatis, ve-  
 niam sibi concedi ab iis expetiit, quos  
 forte justo acerbius increpasset.

S. Leodega-  
 rio eruuntur  
 oculi.

Haud multo post tempore advenere  
 hostes, & civibus muros strenue tuenti-  
 bus usque ad noctem pugnatum est.  
 At S. Leodegarius intelligens, quantis  
 periculis se offerrent, dixit: *Cives! no-  
 lo, ut iterum pugnetis. Si ad me capien-  
 dum venerunt, ultro me dedam. Mit-  
 tamus ex Fratribus nostris unum, qui  
 ex ipsis resciat, quid sibi velint.* Qui-  
 dam Abbas, nomine Meroaldus urbe e-  
 gressus Diddonem adiit, qui respondit:  
 Arma se non posituros, priusquam si-  
 bi traditus fuisset Leodegarius, & ci-  
 ves Regi Clodoveo fidem jurassent,  
 affirmans jurejurando, Theodoricum lu-  
 ce non frui. Postquam hoc Responsum  
 ad S. Leodegarium relatum, publice e-  
 dixit; se potius mortem subiturum,  
 quam fidem Principi juratam frangeret,  
 cumque hostes igne ferroque Civitatem  
 aggrederentur, omnibus fratribus vale  
 ultimum dixit. Mox sumpta sancta Com-  
 munionem intrepide ad portam procedit,  
 aperiri jubet, & inimicis se tradit, qui  
 S. Viro oculos eruerunt. Ipse sævientes  
 non ligatis manibus fortiter sustinuit,  
 Psalms recitans. Nec ullum gemitum  
 acer-



acerbissimi supplicii genus expressit. **Sæculum VII**  
 Vaimarus & Diddo Boboni Cathedram **A. C. 677.**  
 Augustodunensem dederunt, amissi Episcopatus Valentini, ex quo ejectus fuerat, solatium, eumque populus, ut captivitatem effugeret, recepit. Itaque nemo quidem abstractus in vincula, sed quinque millia solidorum aureorum ex aërio Ecclesiæ, præter ea, quæ Cives pendere compulsi sunt, rapuerunt.

Vaimaro S. Leodegarium secum in Campaniam deducente, Diddo & Bobo cum Adalrico, quem in Provincia Patrium præfecturi erant, iter ingressi sunt. In via S. Genesium Archiepiscopum Lugdunensem capere animus erat; sed populo undique concurrente, & vastissimam urbem tuente, re infecta recedere coacti sunt. Archiepiscopus haud diu post, primo Nov. anno 677. vita functus Successorem habuit S. Lambertum, qui post S. Vanderillum Abbatiam Fontanellensem rexit. Ejus viri, priusquam Institutum Monasticum amplecteretur, in Aula Regis Clotarii III. magna fuerat Auctoritas. S. Lamberto in Abbacia Fontanellensi successit S. Ansbertus, tertius ibidem Abbas juxta Vaticanum S. Vanderilli, qui duos post se Successores nominaverat.

Præce-



Sæculum VII

A.C. 677.*vit. Leod.**Anon. n. 14.*

S. Gairinus.

*Anonym. n.**12. Ursin.**n. 10.*

Præceperat Ebroinus, ut Leodegarius in abditissimam Silvam deductus defereretur, ubi fame periret, & spargeretur in vulgus, ipsum in aquas prolapsum fuisse & extinctum. Verum postquam diu famem tulisset, Vaimarus commiseratione motus eum in domum suam jussit adduci; imo Sancti Viri sermonibus conversus pecunias, Ecclesiæ Augustodunensi ablatas, ei restituit, quas S. Leodegarius pauperibus dandas illo remisit. Postea Ebroini artibus effectum, ut Vaimarus Episcopus Trecentis ordinaretur, verisimiliter quod ejus potentiam reformidaret. S. Leodegarius vero in quoddam Monasterium missus ibi annos duos egit. Interim cum Ebroinus Auctoritatem Majoris Domus in Regia Theodorici sibi rapuisset, atque in Neustria & Burgundia solus dominaretur, fingens se parricidii in Regem Childericum commissi Auctores ulturum, S. Leodegarium & Gairinum ipsius fratrem tanti facinoris accusavit. Ergo in conspectum Regis & Procerum producuntur, atque S. Leodegarius Ebroino necem Regis sibi vehementissime exprobranti respondit: *Tanto fastu extolleris, ut in Francia neminem tibi æqualem ferre jam possis; sed brevi Dignitatem amittes, qua indignus es.* Tunc jussu Ebroini separantur,



tur, & prior Gairinus abstrahitur, patibu-  
 lo alligatur, & lapidibus obrutus neca-  
 tur. In hoc supplicio dicebat: *Domine*  
*Jesu! qui non venisti vocare justos sed*  
*peccatores, suscipe animam servi tui, cui*  
*mortem Martyrum morti similem, con-*  
*cedere dignatus es!* sic orans expiravit.

Sæculum VII  
 A. C. 677.

§. LVIII.

*S. Leodegarii Martyrium.*

Sancti Leodegarii inimicis necdum eum  
 vita privare ausis, quod ab Episcopis  
 depositus non fuisset, per lacum tamen  
 raptatur, in quo, cum lapillos auctissi-  
 mos calcare cogeret, plantæ pedum e-  
 jus cruenta dilaceratæ. Ademptis jam  
 pridem oculis S. Viri labia quoque & lin-  
 guam præscindunt, quo eum ad despera-  
 tionem impellerent. Mox probrose ve-  
 stibus spoliant, & nudum per lutum pla-  
 tearum raptatum tandem strigoso equo  
 imponunt, & Comiti Varingo custodien-  
 dum tradunt. Ermenario ad S. Sympho-  
 rianum Augustoduni Abbate ejus curam  
 gerente, sanatæ sunt plagæ atque etiam  
 posthac S. Episcopus loqui & verba pro-  
 nunciare valuit, quod miraculum ab om-  
 nibus habitum. Eum deinde Comes  
 Varingus in patriam deductum tanquam  
 Martyrem coluit, & in Monasterium Fes-  
 canense misit, ubi duos annos commo-

*Sup. n. 30.*

*Hist. Ecclesiast. Lib. IX. A a ra-*



Sæculum VII raturus, obducta vulneribus cicatrice, Mo-  
 A. C. 677. niales erudiebat, singulis diebus Sanctum  
 Sacrificium offerebat, & sine intermis-  
 sione orabat.

*to. 2. Act.  
 p. 707.*

*vit. per A-  
 non. 14.*

Inde S. Leodegarius scripsit Episto-  
 lam consolatoriam ad Sigradam Matrem  
 suam, quæ in Monasterio Dominæ No-  
 stræ Sueffione habitum Monasticum in-  
 duerat. In ea cum primis hortatur, ut  
 inimicis ignoscat, & cum ipsi Fescani de-  
 genti relatum fuisset, aliquos ex perfe-  
 cutoribus suis criminum pœnas dedisse,  
 tantum abfuit, ut lætaretur, ut potius la-  
 crymas funderet, quod sine pœnitentia  
 decessissent. Nam jussu Regis Theodo-  
 rici & Ebroini, coacto multorum Episco-  
 porum Concilio, aliqui Episcopi fuere  
 condemnati. Diddoni, olim Episcopo  
 Cabillonensi, caput rasum est, quod De-  
 gradationis signum erat. Proscriptus  
 deinde est, & tandem morte punitus.  
 Vaimarus Dux Campaniæ, & postea Epis-  
 copus Trecensis, cum Ebroini gratia ex-  
 cidisset, diu cruciatus, postremo suspen-  
 sus in patibulo crepuit.

Tandem jubente Ebroino S. Leode-  
 garius ad Regiam deductus; quippe eum  
 in judicio Episcoporum deponi volebat,  
 ut ipsi deinceps Sanctum Sacrificium of-  
 ferre non liceret. Accusatoribus iterum  
 instantibus, ut se necis Regi Childerico  
 illatæ reum fateretur, negavit constan-  
 ter,



ter, Deum innocentiae suae testem invocans. Tum tunicam Sancti Episcopi a <sup>Saeculum VII</sup> A. C. 677. <sup>S. Leodegarius necatur,</sup> suprema parte usque ad infimam scindunt, quod etiam inter ceteras Depositionis Cæremonias fieri solebat, eumque manibus Chrodoberti, Comitis Palatii, tradunt cum mandato eum interficiendi. Ebroinus facile prævidens fore, ut Leodegarius inter Martyres coleretur, iussit, in Silvæ imperviæ latebris puteum investigari, in quem projiceretur, & corpus occisi ita occultari, ut inveniri non posset. Verum Chrodobertus commotus exhortationibus Viri Sancti, qui suis Virtutibus omnium hominum amorem & venerationem sibi conciliabat, non sustinuit morientem conspicerere, sed famulis quatuor in mandatis dedit, ut imperata facerent. Comitis Uxorem lacrymas diffluentem solabatur S. Leodegarius, promittens, futurum, ut Cœlestem Benedictionem in se attraheret, si sepulturæ suæ curam in se fusciperet.

Ergo quatuor satellites Episcopum in Silvam perducunt, & cum puteum nullum invenissent, tandem gradum sistunt, & tres pedibus ejus advolvuntur, veniam facti petentes. Vir Sanctus pro eis, in orationem se dedit, tum signo, ut convenerat, accepto, quartus orantis caput amputat. Percussor haud



Sæculum VII diu post a Dæmone obsessus, in ignem  
 A. C. 677. infiliisse, & concrematus fuisse fertur.  
 Chrodoberti Comitis Uxor Virum Sanctum in parvo Oratorio, loco, qui Sarcina dicebatur in Artesia, sepeliri curavit, unde postea ad Monasterium S. Maxentii in territorio Pictaviensi, ubi Abbas fuerat, translatus est.

Silva, in qua occisus est, prius Aquilina seu Ivelina dicta a multis Sæculis Leodegarii Nomen tenet, multæ etiam Ecclesiæ ad ejus honorem ædificatæ, & plurima patrata apud ejus sepulchrum referuntur miracula, ita ut pauci Viri Sancti in Francia Sanctum Leodegarium Nominis celebritate superent. Ecclesia eundem secundo die Octobr. inter Sanctos Martyres colit, atque anno 678. passus creditur.

v. Mabill.  
 not. p. 705.

